

HAYMO. IN APOCALY.

Quod si socij fuerint culpæ, similes erunt tormento. Si autem ab eorum vita fuerint separati, separabuntur in pœna, quod in Loth probare possumus, qui cum corpore quidem morabatur in medio iniquorum, sed mente procul erat ab eorum conuersatione. Ideoque cæteris peruenitibus, ipse solus meruit liberari. [& non accipiat is de plagis eius.] Ac si diceret: Idcirco videte ne particeps sitis delictorum eius, ne forte scum peccata illius fuerint consummata, pariter cum illa incipiat affligi. Quorum enim vitam similem habere in peccatis noluitis, vltionem cum eis parem non recipietis: verum hoc non nostris meritis, sed misericordia fiet ipsius saluatoris. [Quoniam peruenerunt peccata eius vsque ad cœlum, qui nolentes agere pœnitentiam contra deum habitatorem cœli eleuantur, quia si potuisset fieri iustum iudicium eius voluissent eludere. Isti tempus sibi datum vt agant pœnitentiam, vertunt in augmentum culpæ, & vnde diutius expectantur, inde districtius ferientur, ideoque recte Babylon nequaquam ante ad plagas peruenit, nisi cum peccata eius ad cœlum pertingens: quia qui conuerti a prauitatibus nolunt, & expectantur adhuc vt amplius delinquentes durius feriantur, non nisi consummatis delictis damnabuntur. Vnde Apostolus dicit: Vt impleant peccata sua semper. Et hæc quidē specialiter de singulis Babylonæ membris dicuntur. Cæterum generaliter tunc peccata eiusdem corporis vsq; ad cœlum perueniunt, cum nouissime principaliter vel pleniter contra Deum in superbiam erigitur, quando adunata compage membrorum, coniuncto etiam per Antichristum capite membris immanitas transgressio nis eius indicat, quia non est vltra quo peccando trans eam. Vox ergo qua dicitur, Exite de ea populus meus, & ne sitis participes delictorum, toto quidem nunc tempore aures electorum pulsata, sed tunc instantius clamat cum iam iamque delictis cœlum tangentibus, perfida ciuitas ad debitas supplicioris plagas in articulo diei peruenerit. Dicitur ergo, Exite de ea populus meus? &c. Ac si diceretur, vt æternis verberibus cum reprobis

LIBER VI.

uitate non affligamini, dum adhuc modicum tempus superest, participationem delictorum fugite, quoniam iam terminus appropinquauit, quo peccata debitum finem accipiant. [Et recordatus est Dominus Deus iniquitatum eius.] Recordari dicitur deus, non quod aliquando obliuionem patiatur, sed more nostro scriptura loquitur condescendens fragilitati nostræ, sicut supra dictum est, Videtur enim obliuioni tradere bona iustorum, & facta impiorum, quando istos permittit affligi illos autem honoribus & dignitatibus pollere. Et contra in iudicio, facta bonorum videntur recordare, cum eos pro suis bonis remunerabit operibus: & bona impiorum obliuioni tradet, qui in præsentem in remunerationem recipiant, vnde illis dicentibus: Nonne in noie tuo prophetauimus, dæmonia eiecimus, & virtutes multas fecimus? dicit illis, Amen dico vobis, nescio vos. [Reddit te illi sicut ipsa reddidit vobis.] Alloquitur hic sermo diuinus chorum doctorum, quibus Babylon, hoc est, multitudo reproborum mala intulit. Vbi notandum, quia non dixit, facite illi sicut ipsa fecit vobis, sed reddite illi sicut ipsa reddidit vobis. Si enim diceret, reddite illi sicut illa fecit vobis, manifestum esset. Ecclesia enim in suis principibus iudicabit omnes reprobos, quibus domus dicit: Sedebitis super sedes duodecim, iudicantes duodecim tribus Israel. Sed quia sæpe deus omnipotens per reprobos mala honorum purgat, idcirco dicitur fidelibus: Reddite illi, sicut illa reddidit vobis. Ac si diceretur, sicut illa antea vindictam meam exercuit de vobis sic vos meam iniuriam vindicade de illa. [Et duplicite duplicia fecit opera eius.] Id est, in corpore & aia punite illam: vel certe duplici pœna tradite illam, calori scilicet, & frigori. In inferno enim reprobis cum anima & corpore cruciabantur, & duplici pœna torquebantur. Cum enim impij in tempore peccauerunt, æternaliter punientur, quia deus ad iudicium veniens, non tantum opera, quantum singulorum affectus & voluntates iudicabit. Reprobis quippe si fieri posset æternaliter optarent viuere, vt semper possent peccare, & ideo semper sustinebunt, tormenta, qui semper si fieri posset

cupere perpetrare peccata. [In poculo, quo miscuit vobis, miscete illi duplum.] Quid poculum nisi tormentum exprimitur passionis, quo martyres afflixerunt reprobi in presenti vita? ait ergo, In poculo quo miscuit vobis, miscete illi, id est, sicut vobis afflictionem tribulationis intulit, ita & vos modo illi inferte tormenta, & vestro iudicio damnate illam. [Quantum glorificauit se, & in deliciis fuit, tantum dare illi tormentum & luctum.] Hæc omnia iam superius dicta fuerant. Sed propter diuersorum factus diuersæ significantur personæ vna plus, alia minus delinquit, ac si diceretur: In quantum quis gloria temporalis lætitiæque deditus, ac voluptatibus resolutus est, in tantum dare illi tormentum & luctum, id est, vnicuique secundum opus suorum actuum tribuite. Propter discretionem enim peccatorum hæc ipsa impia ciuitas tantum recepit quantum deliquit, sed tamen nihil pœnarum illi dedit: & quæ temporaliter peccauit, æternis cruciabitur tormentis. [Quia in corde suo dicit, Sedeo regina,] id est, in honore & dignitate sum constituta, sicut regina sedet in gloria & honore, [Et vidua non sum,] quia virum habeo, & eius amissione, [luctum non videbo.] Loquitur hæc meretrix, id est, ciuitas reproborum, dum gloriatur in principibus nequam, & regibus huius seculi, sicut fuit Nero & Domitianus. In quibus diuitijs & honoribus maximis exaltata, parabat se cum eis æternaliter regnare & viuere, & nunquam eos amittere, vt in eorum amissione lugeret, sicut lugere solent mulieres viros, dum eos amiserunt. Vel aliter: Sicut ecclesia proprium habet virum, id est, Christum, vt ait apostolus, Despondit enim vos vni viro virginem castam exhibere Christum meretrix, id est, ciuitas reproborum adulterino iuncta est viro, id est, diabolo, a quo putat se regi, & in hoc mundo regnare, quæ dum presentibus delectatur luxurij, æternum non præcauet supplicium, sed tantum temporalibus affluens delicijs, nihil vitam suam ponit, nunquam se putans vitam temporalem amittere, vt ipsa luctumque reprobi in supplicio sempiterno sustinent patitur. Aliter, Electorum animæ

virum habent proprium, id est, spirituales intellectiones, a quo ad æternam salutem reguntur, vt intimo discernitionis examine cuncta despiciant, supernis inhiant. Contra, meretrix, meretrix cum erroneo intellectu ad interitum tenat spirituali intellectu intima cordis sui disponere se iactat. Hæc enim locus superioribus iungitur, vbi dicitur, quod quinque reges ceciderunt, & vnus superest. Quinarius siquidè numerus, pertinet ad quinque corporis sensus, quibus post infanciam cadentibus in homine, surgit in infidelibus error, in fidelibus autem rationalis intellectus, qui est vir fidelium. Porro reprobi non istum sed erroneum intellectum habent, quasi virum. Hinc est quod mulieri Samaritanæ Dominus dicit, Quinque enim viros habuisti, & nunc quæ habes non est tuus vir. Quasi diceret, non habes rationalem intellectum, sed error dominatur tui. Cum itaque improba ciuitas rationali careat intellectu, putat se falsa æstimatione habere virum, dicens, vidua non sum, quia intellectum mentis habeo, & luctum non videbo, quasi fulta intellectu, & virtutibus in gaudio perseuerabo. [Ideo in vna die venient plagæ eius.] Vel in vna hora, tempore felicitæ iudicii, quoniam subito dum non speratur veniet Christus ad iudicium, vt redat vnicuique secundum opera sua. Quæ sunt autem plagæ istæ, aperit cum subiungit, [mors & luctus.] Hæc plagas per contrariam partem intelligere possumus, id est, ex consideratione præmiorum, quæ facti sunt percepturi. Primum enim attendamus quæ sit mors corporis, mors corporis est absentia animæ, mors animæ absentia dei: quis anima quæ peccauerit ipsa morietur. Electi enim habentes deum habebunt vitam, iuxta illud: Hæc est vita æterna, vt cognoscant te verum deum, & quem misit filium Christum. Ideoque perpetuo viuunt, quia in presentia vitæ manebunt. Quam vitam, id est, deum, cum amiserint reprobi, mortem incurret, quia cum eo partem habebunt, cui nomen est mortis, sicut supra legimus, Et sanctus gaudentibus & laudes creatori suo decantantibus, iuxta illud: Beati qui habitant in domo tua domine, in secula seculorum

laudabant te. Miseris erit luctus iuxta illud: Vae vobis qui ridebitis nunc, quia iugebitis. Quia enim presentibus delectati delicias, nolunt vltionem parere futuram, laetantes cum male fecerint, ideo in breui tempore descendentes ad inferos, luctu perpetuo merebunt. [& factus.] Societati iustorum praesens erit omnipotentis dei vultus, in cuius conspectu fatiabuntur aeterna refectio-
ne iuxta illud Psalmisti: Satiabor dum manifestabitur gloria tua. Cum ergo reprobi deum perdidissent, qui est sanctorum refectio, famem aeternam sustinebunt. Ad vltimum autem [igni comburentur. cum audierint te in ignem aeternum, qui paratus est diabolo & angelis eius.] Quia fortis est dominus qui iudicabit illam. [Idcirco fortis dominus qui iudicabit illa dicitur, quia nullius poterit preibus flechi. Ad idcirco in aeternum cruciabitur, quia nullus angelorum, aut hominum audebit vel valebit vel cupiet deo obuiare, cum dederit fortem damnationis sententiam in reprobos.] & flebunt & plangent se super illam reges terrae. [Hic stertus regum dupliciter potest intelligi Reges enim in malam partem ponuntur in hoc loco, & significat reprobos in hoc saeculo diuites, & in terrenis rebus suam spem collocantes ipsique reges, sicut Babylon ciuitas meretrix. Ideoque quod dicit, [qui cum illa fornicati sunt] nihil est aliud, nisi cum seipsis fornicati sunt, plus terrena quam deum diligentes, vel immunditiae carnis seruientes, [& in deliciis vixerunt.] Hoc est in honoribus & dignitatibus comedentes & bibentes, & voluntates suas sequentes. Ipsi itaque in die iudicii tota mundi gloria, in qua sunt confisi perierunt, flebunt & plangent, sola praeterita vitae poenitentia remanente dicentes: Quid nobis profuit superbia nostra, aut diuitiarum iactantia, quid contulit nobis? Transierunt omnia tanquam vmbra. Vel certe ex praesenti tempore hoc intelligere possumus, in quo reproborum superstites, considerantes mundi gloriam deperditam suam per paganorum interfectionem, siue per diuersarum gentium contritionem, plorant & desolent, quia amor illorum & gloria transiit. Plangent enim illorum interitum, qui simul cum vita diuitias ami-

serunt, & metuunt ne eis similia eueniat, dum & tormentum sibi futurum & praeteritum poenas inspiciunt, unde subiungitur: [videtes fumum incendij eius.] Per fumum etiam illius ciuitatis, diminutio intelligitur rerum temporalium. Quam dum impij vident, considerantes vt dictum est quorundam interfectionem, & gemitium etiam vastationem, plorant & lugent, eo quod gloria illorum pereat, & ipsa praesens tribulatio ignem aeternum praecedat. Sicut fumus indicium est Ammarum, sic & praesens tribulatio speciem esse videtur futurorum. Dum ergo tales praesentes tribulationes attendunt & poenitentiam qua sequitur attendunt, vt scilicet misericordiam gloriae expolentur, & praesentibus bonis & deliciis affluentijs nudentur. [a longe stantes propter timorem tormentorum eius.] Quod in iudicio minime licebit eis facere, quando simul omnes casus apprehenderit ruinae. Caeterum in hac vita longe stant, non corpore, quia post modicum transiuri sunt ad societatem, sed animo dum vnusquisque sibi metuit, quod alterum per calumnias & potentiam pati videt Optaret enim si fieri posset, separari, & ab eorum tormentis, & ab eorum expoliatijs, ita vt temporalia semper possideret, & ad infernum non transiret, semperque optaret viuere, vt semper posset peccare. Quid autem de mundi deo destructione dicant, audiamus: A iunt enim: [vae vae ciuitas illa magna Babylon, ciuitas illa fortis.] Plorat enim quia simul & diuitias & vitam amisisse contrigit, quia si posset, voluissent semper in delicijs viuere, & nunquam hanc miserabilem vitam amittere. Magna autem dicitur Babylon, quia in toto mundo descenditur, vel propter multitudinem reproborum, sicut etiam propter enormitatem scelerum. Fortis quoque dicitur non in bono, sed in malo & in persecutione sanctorum, quos diuersis afflicxit modis & interfecit. [quoniam vna hora venit iudicium tuum.] De qua hora Iohannes apostolus dicit, Filiole nouissima hora est, a passione Christi scilicet vsque ad finem saeculi. Tota namque hac hor-

ra, id est, in omni præsentis tempore damnantur repro-
 bi. Quorum vtique iudicium singulis aduenit, quando
 quotidie exerti corporibus damnantur apud inferos. Et
 quia in præsentis tempore de perpetratis facinoribus te-
 poraliter etiam cruciantur, recte nunc fumare Babilō
 dicitur, vt quandoque sempiternis tormentorum flam-
 mis concremetur. [Et negotiatores terræ sibiunt & lu-
 gebunt super illam.] Qui sint isti negotiatores supra di-
 ctum est, qui scilicet venales suas animas faciūt, nec me-
 tuunt eas perdere, tantum vt honores & dignitates sibi
 possint acquirere. Vel certe negotiatores sunt, qui vt
 gloriam & diuitias seculi huius sibi aggregare valeāt,
 de loco ad locum transeunt, nec vnquam vel ad modicu-
 cum quieti indulgent. qui dum vident quædā loca cla-
 de desolata, gladio consumpta, hostili inuasiōe præda-
 ta, desunt, eo quod mundi gloria pereat, de qua lætabā-
 tur. [quoniam merces eorum nemo emet amplius.] Sic
 enim dicunt, Quā oīm gloria pereūte, nō erunt merces
 quas nos emamus, nec erunt qui nostras merces emant,
 vt eorum prætio ditemur. Dolent enim quod ad præ-
 sens perdunt inuiti, nec amant quod in aeternum possi-
 dere poterant voluntarij.] merces auri & argenti & la-
 pidis pretiosi & margaritæ & byssi & purpuræ & se-
 ricī & cocci & omne lignum thynnum & omnia vasa
 ebōris, & omnia vasa de lapide pretioso & seramento
 & ferro & marmore, subaudiunt, nemo emet amplius.
 Hic manifeste ostenditur, quia reprobi ea perire dolēt,
 quæ ad quinque sensus corporis pertinent. Neque enim
 aliud attendunt, nisi vt his delectentur. Quæ exterius
 per quinque sensus corporis percipiunt. Quid idcirco ea
 quæ vel sensibus corporis suauia, vel exterioribus sunt
 vsibus accommodata deficere solent, desunt, quoniam in
 his omnem suam prosperitatem esse deputant. Aurum
 enim & argentum & cætera, ad sensum oculorum re-
 digerunt, quæ intantum a carnalibus ardentius desi-
 derantur, quantum rariora a cæteris inueniuntur.
 Quod si spiritualiter ista intelligere volumus, libet
 prius inquirere qualiter electorum diuitias significet

huncquam perituras, & sicut demum oībus modis ea si-
 bi fallaciter pars aduersa vsurpare nitatur demonstrare.
 In auro itaque radians sapientia significatur, de qua scri-
 ptū est, Accipite sapientiā sicut aurū. Argenti autē no-
 mine sacra figurantur eloquia, De quibus Psalmista di-
 cit, Eloquia domini eloquia casta argenti. e. Lapidis ve-
 ro vocabulum cum singulari numero ponitur, ipse salu-
 ator omnium per eum designatur, de quo scriptum est
 Ecce pono in Sion lapidem summum angularem ele-
 ctum pretiosum, & qui crediderit in eum, non confun-
 detur. Cum autem plurali numero inferitur, membra
 eiusdem redemptoris per eum figurantur, quibus aposto-
 lus Petrus dicit, Et vos tanquam lapides viuī superedi-
 ficamini domos spirituales. Margaritæ etiam nomi-
 ne, in singulari numero, dominus Iesus Christus in pla-
 rali vero apostoli eiusdem figurantur. De quibus in hac
 eadem Apocalypsi dicitur, Et duodecim portæ duode-
 cim margaritæ sunt per singulas. In vno iustifi-
 cationes sanctorum intelliguntur. In purpura marty-
 rium. In serico virginitas. In cocco vera charitas. In li-
 gno thyno, ac pretioso, constantia durabilis. In ebore
 virtutum pulchritudo. In ære fortitudo & longanimitas,
 vel certe prædicationis sonoritas. In ferro subtilitas
 acumen. In marmore inuicta humilitas. Hæc deni-
 que omnia plerunque se habere obumbrata verisimile
 gloriatur bestia, vel ciuitas meretrix, cum in auro, vel
 in argento philosophorum & hæreticorum doctri-
 nā ostendit. In lapide pretioso, ac margarita, pseudochri-
 stos vel pseudoprophetas, atque hæreses etiam opponit.
 In bysso iniustitiam obreptu iustitiæ adoperatam. In pur-
 pura intersectionem hæreticorum tegmine martyrum
 Christi velatam. In serico corruptionem mentis inte-
 gritate carnis oppansam. In cocco simulationem cha-
 ritatis crudelitatem palliatam. In ligno thyno ac prætio-
 so, durabilis constantia, mentis obstinationem obum-
 bratam. In ebore simulatione virtutum, vitiolorum tun-
 pitudinem obtectam. In ære, fortissimæ prædicationis
 tegmine, durabilem atque sonorabilem perfidiam pal-

liatam. In ferro autem, acumine subventionis astutiam
deceptionis cœlatam. In marmore humilitatis simili-
tudine falsa subiectionis, muscipulam obumbratâ an-
teponit. Quia ergo hæc omnia falsa religionis obten-
tu velata confunduntur, atque ad iteritum tolluntur,
recte mundus in reprobis iisdem diuitiis inops effectus
florere describitur. [Et cinnamomum & amomum &
odoramentorū, & vnguenti, & thuris, & vini & olei
& similib; & tritici & iumentorum & ouium & equo-
rum & rhedarum & mancipiorum & animarum ho-
minum] subauditur semper a superioribus, merces ne-
mo emet amplius. Ex his quædam pertinent ad olfac-
tū, quædam autem simul ad olfactū & tactū. Cin-
namomum enim & amomum diuersorumq; odoramē-
ta pigmentorum, & thus ad olfactū, vnguentum ve-
ro ad tactum simul & olfactum redigitur. Verū quæ
ramus, vt copimus, qualiter illa, quæ in bonum istæ spe-
cies significanc, vsurpet pars aduersa, quibusq; ablatis
amariter desecat. Per cinnamomum quippe & amomū,
odor designatur virtutum, vnde ecclesiâ dicit, Sicut cin-
namomum & amomum aromatizans odorem dedi.
Hinc Paulus dicit: Christi bonus odor sumus deo in o-
mni loco. In diuersorum vero odoramentis pigmento-
rum & thure, orationes exprimuntur sanctorum. Hinc
enim in canticis sponsi voce in laudem ecclesię dicitur:
Quæ est ista quæ ascendit per desertum sicut virgula
fumi ex aromatis myrrha & thuris, & vniuersi pul-
ueris pigmentarij? & per Psalmistam dicitur: Dirigat
oratio mea sicut incensum in conspectu tuo. Vnguenti
quoque nomine ipsa diuinitas incarnata intelligit. Cui
in canticis canticorum dicitur: Vnguentum effusum no-
men tuum. Et alibi: Odor vnguentorum tuorum super
omnia aromata. Iam vero si attendamus qualiter hæc
fraudulenter se habere dicat pars aduersa, quibusq; ab-
latis vehementer videatur assigi, in cinnamomo & a-
momomœtente vitam hæreticorum, sub obtentu odo-
ris, qui manet ex virtutibus sanctorum imitandam op-
ponit. De quibus dicitur e contra: Et erit pro suaui odo-
re foetor. In diuersis autem odoramentis, fictam hypo-

critarum sedulitatem orandi bene oratūm similitudi-
ne obumbratam, obicit. In vnguento vero pseudo-chri-
stianorum asperitatem sub velamine lenitatis Christi
teclam ostentat. Quarum simulationum subtrahctis au-
toribus, amariter mundus flecrescribitur, sicut fleuit
Nero necato Simone mago, & sicut mœsti facti sunt
hæretici ex morte Arrii, qui eum ne damnatum imi-
tari desierunt. Vinum & oleum similia & triticum per-
tinent ad gustum, quæque ita fauces illicunt, vt & ea
quæ in veritate significant, electorum demulceant cor-
dis palatum, & ea quæ ex eorum falsa imitatione assu-
munt, suaui credantur mentibus reproborum. Per vi-
num quippe nouum designatur testamentum, quod au-
ditorum mentes ebrians, mundi concupiscentis inen-
sibiles reddit, vnde dominus in nuptiis aquam vinum
fecisse narratur. Quid autem per oleum, nisi vnctio spi-
ritus sancti figuratur? vnde Psalmiste voce redempto-
ri nostro dicitur: Dilexisti iustitiam & odisti iniquita-
tem; propterea vnxit te deus deus tuus oleo letitiæ præ-
confortibus tuis Per similia vero & triticum, caro re-
demptoris nostri exprimitur, qua fideles quotidie sa-
nantur. Quæ scilicet dum pars reproba: ciuitatis ob-
brata bestia seductione se putat habere, tanto amplius
dolet, si contigerit perdidisse, quanto magnarum o-
pum diuitias ista significare videntur. Nam vinum &
oleum amisisse dolent, cum vinacia & amurcam per-
diderunt. Similia & triticum perdidisse se gemunt,
cum zizania & paleas amiserunt. Assimant enim ves-
tæ fidei prædicatores subtrahctos, spiritali doctrina re-
pletos, spiritu sancti illustratione affatos, cœlestibus
sacramentis ad vitam enutritos, cum præuæ hæreseos
seductores corrupta sententia infectos, spiritu demo-
niorum plenos, abusione diuorum sacramentorum
damnatos, vellent, immo ipsi possent de mundo sublato
gaudere. Porro iumenta, oues & equi, & cætera vsi-
bus exterioribus sunt apta, quoniam iuant homines
sive in equitando, sive in ferendo onera. Rheda autem
quæ hic commemoratur, genus vehiculi fuit apud an-
tiquos, & est forsitan adhuc similis plaustris rusticis.

nis, diuitibus huius seculi ad sedendum præparata, quæ etiam alio vocabulo, currus vocatur. Huiusmodi enim currus venduntur, & inde merces acquiruntur, sicut legimus in libro regum de Ægypto exire quadrigam quæ vendebatur sexcentis siclis argenti. Cum autem dixit, & mancipiorum merces, subaudiis, nemo emet amplius merito quæritur, quare subiungit, & merces animarum hominum. Nunquid enim mancipia sine animabus vendi possunt aut emi? Non vtique, sed in his verbis, aliud aliquid intelligitur. Sunt enim quedam mancipia, quæ tantummodo corpore venduntur, animæ vero illorum in libertate permanent, sicut hi qui venduntur Christianis, & cum corpore sunt serui, anima per fidem rectam sunt liberi. Sic enim venundatus est Ioseph: qui cum esset seruus corpore, liber erat anima, vnde & eum domina ad peccatum trahere non potuit. Tales itaque non in anima venduntur, quia solummodo ad exteriorum seruitutis conditionem præstiti distrahuntur, manente interioris animæ libertate. Plerique autem simul anima captiuantur & corpore, sicut hi qui pagani aut Iudei venduntur, quoniam ipsi quos emunt, secundum legem circumcidunt, & seruos non solum corpore, sed etiam in anima faciunt: vt sicut domini, ita & serui seruitutis nexu sint alligati. Propter has itaque duas venditiones, distinctionem fecit sermo diuinus inter mercem mancipiorum & animarum hominum. Sed & ista singulæ species electos significant quas eadem bestia fraude se habere ostendit, & perdidisse dolet. Iumenta quippe electos significat, qui cum Psalmista dicunt, vt iumentum factus sum apud te. Oves quoque sanctos expriment, quibus dominus ait: Ecce ego mitto vos sicut oves in medio luporum. Et Petro dicitur: Pascite oves meas, Sed & equorum vocabulo prædicatores intelligi nulli dubium est, dicente propheta: Misisti in mari equos tuos. Rhedarum etiam nomine eosdem prædicatores nouimus designari, attestante Eliseo, qui ascendente Elia plorat, dicens: pater mi, pater mi, currus Israel & auriga eius. Mancipiorumque vocabulo ipsi exprimentur electi, qui toto

mentis desiderio dei se subiicit seruituti, in cuius potestate consistere se nouerunt, dicentes cum Psalmista: Sicut oculi seruatorum, & cætera. vsque ita oculi nostri ad dominum deum nostrum. Quo contra pars bestię se pernis iudiciis desolato mundo amississe se dolet iumentis, oves, equos & rhedas, id est, ad portanda suorum onera viros fortes atque innocentes, cum debiles ad omne opus bonum, & noxios in mali amiserit, gemit se perdidisse mundo exterius mortuos, cum interior nequiter eosdem viuentes perdidit. [Et poma desiderij anime tuæ discesserunt a te.] Hoc etiam fit, quando hostes de regno infingentes in regnum, non solum depopulantur vrbes, sed etiam omnia ligna regionis vastant, & incendio cremant. Et ista tam ad cõspectum quam ad gustum pertinent. Vnde habemus in Genesi, quod videtur mulier lignum pulchrum visu & ad vescendum suauē, & tult de fructu illi & comedit: deditque viro suo. Notandum autem quod cum in cæteris maioribus rebus, plus soleant homines delectari, solummodo poma desiderij animæ dicit esse: vnde offenditur quia non solum in maioribus, sed etiam in minimis valde offenditur, si immoderate & vltra quam debent appetuntur. Poma vero in sacro eloquio virtutes sanctorum significat, vnde est: Emissiones tuæ paradisi malorum punicorum cum pomorū fructu. Dicit ergo se pars bestię omnia simulata habere, quæ in veritate possidet agnoscit. [Et omnia pinguis,] id est, crassa. [& præclara perierunt a te, & amplius illa iam non inuenient.] Ista ad gustum vel gastrimargiam redigenda videtur. Hæc itaque omnia, quæ secundum quinque corporis sensus reprobis tractant, pereunte mundo deplorant, quia ne sciunt aliud cogitare, nisi quæ exterius considerant. Et dum vident alios transire per mortem & afflictionem ab hac vita, ipsi eorum superstities interitum illorum qui mundi gaudium reliquerunt, deplorant, frustantes ne sibi similia eueniant. Significant etiam & hæc vt cætera aliquid bonorum, dum offenditur, simulationem impiorum. Nam cum Psalmista dicat: Siccut adipe & pinguedine repleatur anima mea, ostendit

dit faginam in significatione virtutes esse animarum? Ista etenim fagina in noua vitæ prædicatoribus apparuit, quam se perdidisse in hæreticis pars reproborum dolet. Vnde sequitur. [Mercatores.] terra de quibus satis prædictum est, [qui diuites facti sunt.] non vitæ turbibus fedi peccatis. [ab ea longe stabunt.] non corpore, sicut dictum est superius, sed mente, nolentes eos sequi. [propter timorem tormentorum eius flentes & lugentes ac dicentes, væ væ ciuitas illa.] Babylon [magna, quæ amicta bysino,] subauditur vestimento [& purpura & cocco & deaurata est auro, & lapide præcioso & margaritis, quonia n vna hora desituta sunt tante diuitiæ.] Qui supra appellantur reges, ipsi dicuntur modo mercatores, qui videlicet infelici mercatu, pro terrenis lucris animas commutant, vnde in sequentibus dicitur: Mercatores tui erant principes terræ: in ciuitate autem homines intelliguntur diuitiis dediti, & voluptatibus resoluti. Neque enim ciuitas amicitur auro vel argento, aut cæteris speciebus, sed potius homines in ea habitantes. Quibusdam itaque pereuntibus cum terrenis pariter rebus superstitibus, eorum vt supra meminimus lugent, eo quod gloria illorum perire videatur, & a longe stant, quia nolunt illis fieri socij, neque in amissione terrenarum rerum, neq; in penia, ad quas eos transire credunt. Vna autem hora in qua tantas diuitias perisse denuntiat, hoc breue tempus intelligitur à domini passione vsque ad finem seculi, de qua Iohannes dicit, Filioli nouissima hora est. [& omnis gubernator & omnes qui in longum nauigant, & nautæ, & qui in mari operantur, longe steterunt, & clamauerunt videntes locum incendij eius.] Qui supra appellantur negotiatores, hic gubernatores nauium & nautæ. Nunquid enim mare nauigantes adesse poterunt, vt videant incendium ciuitatis? Sed in his omnes seculi cultores exprimentur, qui sibi timent, videntes ruinam suæ spei. Locum autem incendij eius videre dicuntur per incendium fumi, id est, per presentes tribulationum angustias futurarum pœnarum notitiam prægustare, quæ omnia supra latus sunt exposita, ideo

nunc breuiter tanguntur. Aiunt ergo flentes. [Quæ] est subauditur ciuitas, [similis ciuitati huic magnæ.] Quasi dicat: Nulla ciuitas illi in magnitudinis honore cœquari potest. Oculi enim carnalium nihil magnum nouerunt, nisi quod corporeis oculis intueri possunt, & ideo comparatione præsentis vitæ etiam cœlestia despiciunt. Plus enim diligunt mundum quam deum: plus amant filios quam angelos. Terrenam peregrinationem pro habitatione cœlestis patriæ deputant, salutem corporis ducunt pro summa felicitate: aurum, argentum, & lapides præponunt vitæ coronis, & ideo comparatione præsentis gaudiorum nihil credunt esse illa & dicunt, quæ similis ciuitati huic magnæ. Ac si dicerent: Nulla. De quibus adhuc subditur. [Et miserunt puluerem] terræ [super capita sua, & clamauerunt flentes ac lugentes.] Capitis nomine sæpe in sacro eloquio principalitas mentis intelligitur. Per terram autem, terrena concupiscentia designatur. Reprobos itaque super capita sua puluerem mittere, est terreno amore ne cœlestia intueri possint, oculos suorum mentis corrumpere. Descent ergo reprobi ruinam ciuitatis magnæ, sed tamen ipsi non cessant terrena concupiscere, dumque immoderate terrenis rebus inhiant, quasi puluere terræ suos oculos extæcant, ne cœlestis patriæ gaudia inspicere valeant. Aliter: Capita reproborum possumus intelligere principes illorum. Cum enim se viderint reprobi iam in iudicio constitutos & damnatos, ponent puluerem terræ super capita sua, hoc est, faciem suorum principum exprobrabunt, a quibus seducti sunt, vt terrena diligerent, pro quibus tunc peribunt, dicentes: væ væ ciuitas illa magna] Babylon [in qua diuites facti sunt omnes qui habent naues in mari de prætiis eius.] Nam multi negotiatores in hoc seculo dicuntur ex his quæ nauigio, non solum de loco ad locum veniunt, sed etiam de regione ad regionem, sicut verbi gratia, sicut temporibus. Salomonis quando classes ibant semel in tribus annis in Ophir, & afferbant inde auri talenta quadraginta, & multas aliarum species quæ non poterant re-

quando ea que a tempo hoc refer

periri in terra Israel: sic fit etiam vsque hodie, vnde ex Græcorum regione pallia & ornamenta varia in his regionibus deferuntur. [quoniam vna hora desolata est.] id est, subito adueniente die iudicii. Attende, quia non solum iacturam diuitiarum, sed etiam repentinam improbitatemque desent ruinam huius seculi. [Exulta super eam cælum & sancti apostoli & prophetae.] Quæstio oritur in hoc loco, cum dominus in euangelio præcipiat, diligite inimicos vestros, benefacite his qui oderunt vos, & orate pro persecutoribus & calumniatoribus vos, vt fidei filij patris vestri qui in cælis est, qui solem suum oriri facit super bonos & malos, quid est quod hic hortatur cælum, apostolos & prophetas vt gaudeant? Sed sciendum est, quia non de perditione reproborum latari iubentur, sed potius de iusto dei iudicio, vnde cum dixisset, exulta cælum & apostoli & prophetae, protinus subiecit. [Quoniam iudicauit deus iudicium vestrum de ea.] Vel etiam in hoc latari præcipiuntur, quia post damnationem reproborum ventura est eorum remuneratio. Neque enim ante electi subleuantur ad gloriam, quam reprobi damnentur, & in infernum demergantur, quia scriptum est: Tollatur impius, ne videat gloriam dei. Gaudet ergo, quia iusto iudicio concordant. Non enim illi concordarent si de eius iusto iudicio non gauderent. Gaudet etiam, quia dum illi pereunt, gloria illorum appropinquat. Vnde dominus cum ruinam pereuntis mundi suis discipulis exposuisset, statim subiecit: His autem fieri incipientibus, respicite & leuate capita vestra, quoniam appropinquat redemptio vestra. Ac si diceret: Cum ex mundi desolatione, finem eius appropinquare cernitis, respicite & leuate capita vestra, id est, exhilarate corda, quia dum finitur mundus, cui amici non estis, prope fit redemptio quam quaesistis. In cælo, apostolis & prophetis comprehenditur omnis ecclesia a principio seculi vsque ad finem decurrens. Quoniam iudicauit deus iudicium vestrum de ea, hoc est illud iudicium de quo superius legimus quod anime sanctorum sub altare dei clamabant dicentes: vsquequo domine, sanctus & verus non iudicas

& vindicas sanguinem nostrum de his, qui habitant in terra: iudicauit iudicium nostrum, id est, damnauit illam iuste, quæ nos damnauerat iniuste. Et quæ nobis temporalem intulit mortem, tunc æternam sentiet gehennæ poenam. Verum ista omnia beatus Anbertus Ambrosius etiam ad eos refert, qui his malis exterriti, dum attendunt quæ sibi futura sunt, ad fructuosam penitentiam ex hac contritione confugiunt. [Et suffulit vnus angelus fortis lapidem quasi molarem magnum, & misit in mare, dicens: Hoc impetu mittetur Babylon magna] illa ciuitas, & vltra iam non inuenietur. [Ite angelus dominus Iesus Christus est, qui est nuntius paterne voluntatis. De quo propheta dicit: Vocabitur magni cõsiliij angelus. Cum dicit: suffulit lapidem molarem magnum, tale est, quasi dicat: Suffulit molam magnum. Recte autem vnus angelus fuisse dicitur, quia vnus est dominus, vna fides, vnum baptisma. Bene fortis, quia ad bellandam aereas potestates venit: de quo Psalmista dicit, Dominus fortis & potens, dominus patens in prælio. Per molam, volubilitas huius seculi intelligitur, in qua multæ farine, id est, multæ cogitationes & curæ temporales sunt. Lapis autem molaris significat pondus peccatorum, quod in eadem actione contrahitur, ab efficente scilicet illud quod efficitur. Ex hac mola dominus dicit de hominibus in extremitate huius seculi positis: Erunt duæ molentes, vna assumetur, & altera relinquetur, de hac etiam mola dicitur, Quia qui scandalizauerit vnum de pusillis istis credentibus in me, expedit ei vt suspendatur mola asinaria in collo eius, & demergatur in profundum maris. Quod non solummodo de scandalolo intelligitur, sed de omnibus grauioribus peccatis, pro quibus mittentur reprobi in mare, id est, in profunditate inferni. Et hoc per angelum, id est, per Christum, quia sicut ipse dicit, Pater non iudicat quemq, sed omne iudicium dedit filio. Hoc impetu, id est, ista velocitate mittetur magna illa ciuitas in mare, & vltra non inuenietur, id est, sicuti iste lapis velociter trahit in profundum maris, sic omnis cæcus reproborum velociter mittetur in profunditate inferni, & amplius non inueniet in societate

ecclesiæ. In hac enim ecclesia simul sunt boni cum malis: quia sicut hæc vita inter cælum & terram media consistit, ita vtriusque partis ciues inter se continet. Tunc autem separabuntur omnes mali, nec vltra inueniuntur in societate bonorum. [Et vox citharedorum & musicorum & tibia canentium & tuba, non audietur in te amplius.] Ex his quæ superius comme morauere frat, quæ ad quinque sensus corporis pertinent, subiungit quæ simul etiam inter alia de mundo auferri prædicat. Omnia enim hæc cum delectatione a principibus huius seculi requiruntur, sed tunc ab illis auferentur, quia iam nulla erit eis delectatio, vt pote qui in torméto constituti, æternis pœnis cruciabuntur. Et ostendit in his omnibus ea quæ per quinque sensus corporis cum dulcedine percipiuntur, penitus ab hoc seculo esse transiitura. [Et omnis artifex, sicut fabri, carpentarij, gemarii.] & omnis ars in te non inuenietur amplius, & vox mole non audietur in te amplius, & lux lucernæ nõ lucebit tibi amplius, & vox sponsi & sponsæ non audietur adhuc in te.] Ac si diceret, Omnia quæ ad vsum & iucunditatem pertinent, tollentur ab impijs. Et quare hoc fiat, subiungitur causa. [quoniam mercatores tui,] inquit, erant principes terræ. Isti sunt mercatores, de quibus supradictum est, qui vt honores temporales sibi acquirant, animas suas infelici commercio committant. Et ideo, quia Babylon terrena querit, quæ vitatur bonis temporalibus, & ipsa iusto dei iudicio fraudatur, & æternis supplicijs damnanda submergitur. Ex ipsis enim regibus terræ ac mercatoribus impia ciuitas constat, qui & suas animas venales faciunt, & elationis fastu in superbiam eleuantur [quia in veneficijs] id est in maleficijs, [tuis errauerunt omnes gentes.] Hinc manifestatur, quia sicut ecclesia in omnes mundi gentes distenditur, ita & Babylon. Maxime autem princeps huius seculi ostendit auaritiæ seruire in his verbis, quorum exemplis cetera perit multitudo. [& in ea sancti prophetarum & sanctorum inuentus est, & omnium qui interfecti sunt in terra.] Sermo diuinus aliquando loquitur ad Babylonem, quasi ad secundam

personam, aliquando de Babylone, quasi de tertia. Dicit enim superius. Omnis artifex & omnis ars non inuenietur in te amplius, &c. similiter nunc autem dicit, Et inuentus est in ea sanguis prophetarum & sanctorum, qui interfecti sunt in terra. In quibus verbis aperitissime demonstratur, in hac ciuitate totum corpus diaboli intelligi debere. Sanguis autem inuentus dicitur, id est vindicta sanguinis, quæ veniet super omnem reproba generationem, iuxta illud, Requiritur sanguis omnium qui effusus est super omnem terram a generatione hac. Sciendum est, etiam, quia vt supradictum est, illi sanguinem prophetarum & sanctorum fuisse inueniuntur, qui dicta illorum in animam sensum quam prolata sunt peruenire non timeunt.

CAPVT XII.



Ost hæc.] id est, post prædictam visionem [audiui] mente [quasi vocem magnam tubarum multarum in cælo dicentium, Alleluia.] Iohannes in hoc loco personam tenet ecclesiæ, quæ quotidie audit hæc voces, quia ipsa eas mittit. Quod autem dicit, Post hæc, non est diuersitas temporis, sicut dictum est, sed ordo narrationis. Ista autem vox magnam est sanctorum desiderium, quæ recte magna dicitur, quia sancti magna loquuntur, magna operantur. Multitudo tubarum, multus est conuentus fidelium. Sed quauis multi sint, vnã vocem emittunt: quia omne quod loquuntur, in vnus fidei concordia, consistit. Iste sunt tubæ prædicatorum quibus septem diebus Hiericho circumuectibus, muri illius corruerunt, quod mystice in hac ecclesia completur, in qua per septem dies, hoc est, per omne tempus huius vitæ prædicatoribus, tubam doctrinæ resonantibus, omnis fortitudo infidelium ruit. Alleluia, græcus sermo est, latinæ dicitur, Laudate dominum, vnde & vbi nos in nostris codicibus habemus, Laudate pueri dominum quæci habet alleluia. Alleluia ergo sancti resonant, quia & ipsi dñm verbo & opere laudant, & cæteros vt eadem faciunt admoent. Hoc fecerunt præcedentes fortissimè

patres, hoc nos etiam licet infirma mente paruuli dicimus. Sed iam quid dicant audiamus: [Alleluia, laus & gloria & virtus deo nostro.] Hoc est alleluia dicere scilicet, quod laus: quia omnis creatura caelestis & terrestris deum laudare debet. Et gloria, id est, honor & exultatio. Et virtus deo nostro est, quia ipse vicit diabolum, & electis suis potestatem vincendi tribuit quibus ipse dicit: Confidite, ego vici mundum. [quia vera & iusta sunt iudicia eius.] Quibus scilicet iudicauit, ut hi qui sanguinem fuderunt, sanguinem bibant, hoc est, vindictam sanguinis sustineant. Hinc Psalmista dicit, Iustus est dominus, & rectum iudicium tuum. [qui iudicauit de meretrice magna] id est, de omni malorum multitudinem, [quae corripuit terram] hoc est, seipsam. & in prostitutione sua.] hoc est, in immunditia carnis vel in idolorum cultura, seu etiam in dilectione terrenarum rerum plus quam coelestium. [& vindicauit sanguinem seruatorum suorum de manu eius] quia sicut illi effuderunt eorum sanguinem, ita & ipse fudit sanguinem illorum. Vnde effusionem sanguinis possumus intel ligere spiritualiter, sicut & supra. Sanguinem enim sanctorum fuderunt, quia spirituales sensum corruerunt. Et quia illud quod virale erat in diuinis eloquiis effuderunt, & in carnalem sensum vetererunt, ipsi quicquid virale habent, amittunt. [& iterum dixerunt Alleluia.] Geminatio sermonis confirmatio est. Ecclesia enim semper indefinenter affectu deum laudat, ex cuius persona Psalmista dicit, Benedicam dominum in omni tempore, semper laus eius in ore meo, Duoque meretricis in hoc loco facta commemorantur, quod videlicet terram hoc est, seipsam malis operibus corruerit, & quod sanguinem sanctorum fuderit, pro quibus gehennae incendium aeternaliter sustinebit. [Et fumus, tormentorum eius ascendit in secula seculorum.] Hic fumus non praesentis seculi tribulationem, sed aeternam significat. Vnde de intendum, quia non dicit, Ascendit, sed ascendit: quia videlicet in singulis reprobis quotidie reprobatas vitas danatur, & ad inferni penas deducitur, sicut quotidie Ierusalem transit in singulis electis ad patriam reg-

lestem, nam hic per fumum flamma aeternae poenae designatur, quia miseri in aeternum sunt torquendi. Hic locus valet contra eos qui dicunt, quod reprobis post multos annos ad gloriam sint reuersuri, contra sententiam domini, qua dicturus est illis, Ite in ignem aeternum, Quicquid enim aeternum est, terminum non habet, & hoc est quod hic dicitur, Fumus eius ascendit in secula seculorum, quia videlicet tormenta, quibus miseri tunc tradentur, finem non accipient. [Et ceciderunt viginti quatuor seniores & quatuor animalia, & adorauerunt deum sedentem super thronum, dicentes Amen, Alleluia.] Quod vigintiquatuor seniores, hoc significat & quatuor animalia, id est, omnem electorum ecclesiam, Quia enim subiectorum facta examinatio, recte per seniores: quia passua aeternae viriditatis inquit, digne per animalia figuratur. In vicesimo autem quarto numero, sicut supra: cum est, omnes patres tam veteris testamenti quam noui ostenduntur, propter duplicatum duodecenarium, de cuius natura satis superius dictum est. Iste autem casus seniorum & animalium non pertinet ad ruinam, sed ad humilitatem. Cadunt enim ante sedentem in throno, id est, ante deum, qui praesidet suae ecclesiae, quia semetipsos humiliantes, quicquid habent in fide & opere, ipsi deputant a quo haec perceperunt, qui dicit, Sine me nihil potestis facere, Aiant ergo adorantes, Amen, id est, verum est, quia deo nostro est laus & gloria & virtus, qui iudicauit de meretrice magna, iustum est enim ut qui sanguinem sanctorum fudit, sanguinem bibat, hoc est, vindicta sanguinis sustineat. Et idcirco laudandus est, qui siue propter voluptatum illecebras, seu propter sanguinis effusionem, non nisi iuste reprobos damnat, seu condemat. Amen quippe interpretatur verum Alleluia laudate deum. Cum autem thronus & vigintiquatuor seniores vna sit ecclesia, distinguitur ita, quia & generaliter a Christo, vt vnus thronus, & specialiter in quibus suis eminentioribus membris in syce sup thronos, ideoque se inuicem hortantes, dicit Alleluia. Laudate deum [Et vox de throno exiit, dicens: Laudate deo nostro omnes sancti eius.] Hoc non semel, sed

etiam secundo in præmissa locutione factum legimus, quod hic iterū fieri iubetur, Sed vt ipsa laus indeiciens semper perseueret, ipsa membra mutua exhortatione informantur, vt omnes ei laudem dicant, thronus enim ipsi sunt serui Dei. Cum ergo de throno exiit vox, & aures secundo penetrat, nimirum serui ad conferuos exhortationis proferunt verbum. Verum in hoc quod sequitur, [& qui timentis deum,] quaestio oritur, quare timentis deum laudare præcipiatur, cum ipse lo hannes dicat in epistola sua, Quoniam timor pœnam habet, & cætera. Qui timent, non est perfectus in charitate. Alibi quoque scriptum est, quia non est speciosa laus in ore peccatoris. Sed sciendum est, quia duo sunt timores, seruorum videlicet & filiorum. Serui enim timent ne flagellentur a dominis: filii autem, ne oculos offendant patris, & hæreditate eorum priuentur. Ita ergo aliter timent reprobi, atque aliter iusti. Reprobi timent, ne damnentur in inferno pro suis peccatis: iusti autem, ne aliquid peccent, & oculos suæ creatoris offendant. Istio itaque timore timentes præcipiuntur laudare deum, & de quo Psalmista dicit, Timor domini sanctus permanens in seculum seculi. [pusilli & magni.] Pusilli sunt, qui non possunt penetrare altiora mysteria, quibus Apostolus dicit: Non potui vobis loqui quasi spiritualibus, sed tanquam paruulis in Christo, lac vobis potum dedi, non escam. Nec possunt etiam implere domini consilium, quo ait: Si vis perfectus esse vade & vende omnia que habes, & da pauperibus, & veni, & sequere me. Magni vero sunt, de quibus ipse dominus dicit: Qui fecerit & docuerit, hic magnus vocabitur in regno cælorum. Hi omnes deum laudant, & hoc in ecclesia, in qua pariter consistunt, iuxta illud. Paruus & magnus ibi sunt subauditur, in regno filii dilectionis. [Et audiui vocem quasi tubæ magnæ, & sicut vocem aquarum multarum, & sicut vocem tonitruorū magnotum, dicentium: Alleluia.] Magna vox cantico sum, magna est deuotio sanctorum. Quæ recte tubæ cōparatur, quia magna predicat. Vnde per Isaiam dicitur Quasi tuba exalta vocem tuam; Vox quoque aquarum

Handwritten marginal note:
 A. M. de
 A. M. de
 A. M. de

multarū, vox est populorū multorū, aquæ enim multæ apostoli sunt multi, sicut supra legimus. In voce autem tonitruorum magnotum terror exprimitur iudicii. Tonitrua quippe magna est et emittunt, quando impii terrorem diuini iudicii annūciant. Omnes itaque, id est, prædicatores & subditi auditores inuicem se hortantes dicunt, Alleluia, id est, Laudate dominum. [quoniam regnauit dominus deus noster omnipotens.] Jac si dicant, in eo nobis collaudandus est, quoniam sicut ab initio mundi regnauit in nobis diabolus, sic ab aduentu suo regnauit ipse Christus, & nos qui eramus dudum regnū diaboli, transiit in regnum gloriæ suæ, moriens & tertia die a mortuis resurgens. Cuius etiam potētia in hoc principaliter ostenditur, quoniam qui potuit in principio mirabiliter hominem formare, ipse mirabilis mortens in fine temporum, cum, qui perierat, potuit reformare. Et in his omnibus simul potentia illius ostenditur & misericordia. [Gaudeamus & exultem? & demus gloriam ei.] Hæc vox non est extraneorum, id est, non est ludæorum paganorum, qui a fide Christi & consortio fidelium longe sunt, sed vox omnium sanctorum inuicem se hortantium, vt gaudeant & exultent, denique gloriam omnipotenti deo qui sine vllis precedentium honorum actuum meritis, sola sua misericordia ad tantam eos perduxit dignitatem. [quoniam venerunt nuptiæ agni.] Nuptias in sacro eloquio sæpe legimus esse appellatam Christi & ecclesiæ coniunctionem. vnde est simile est regnum cælorum homini regi, qui fecit nuptias filio suo. Sponsus enim est Christus, sponsa ecclesia, quæ sibi desponsauit, & per fidem & gratiam baptismatis. Dedit ergo Christus hanc sponsæ arram, id est, fidem, spem, charitatem: & per hæc toto isto tempore coniungitur illi, in futuro autem, iam ei per rem sociabitur. [& vxor eius præparauit se.] Duo dicit, sponsam videlicet & vxorem, nunc enim sancta ecclesia est sponsa, cum autem ad amplexus viri sui fuerit perducta, & quod nunc videt in spe, viderit in re, tunc erit vxor. Consuetudo quippe est sacræ scripturæ, vt aliqui sponsas appellent vxores, & sponso viros: iterumque sponsas vxores

Handwritten mark:
 23

& maritos sponfos. Vnde euangelista cum superius dixisset de domini matre, Cum esset desponsata mater eius Ioseph, in sequentibus addidit, Ioseph autem vir eius cum esset iustus, & nollet eam traducere, voluit occulte dimittere illam. Cui & angelus dixit, Noli time-
re accipere Mariam coniugem tuam, & sponsa de thalamo est: eius vxor. Tale est & illud, Si inuenerit puella desponsatam in agro, & dormierit cum ea, morte moriatur quia humiliavit vxorem proximi: Appellatur quoque vir & vxor, sponfus & sponsa, sicut loel dicit, Egredietur sponfus de cubili suo, & sponsa de thalamo suo. Quod autem dicit, Vxor eius preparauit se, nõ de ista quæ nunc agitur præparatione per fidem intelligitur, sed potius de illa de qua dominus dicit, Media nocte clamor factus est, ecce sponfus venit, exite obuia ei. Tunc surrexerunt omnes virgines illæ, & ornauerunt lampades suas. Tunc venit sponfus, & quæ parata erant, intrauerunt ad nuptias cum eo. Ista est coniunctio, quando quæ dicebatur sponsa, transit in coniugem. Et cum in fine seculi ista coniunctio & præparatio debeat fieri, iam facta esse refertur in dei prædestinatione. Et ideo omnes iusti ad hanc coniunctionis speciem anhelant, & inuicem se hortantes dicunt, Gaudeamus & exultemus & demus gloriam ei. Potest etiam & ita intelligi, quod cum illuc ecclesia peruenerit, ista dictura. Et hæc præuidens spiritus pro certo futurum ita narrat, quasi iam sit factum, [Et datum est illi, ut cooperiat se byssino splendenti & candido.] Quid sit byssinum, ipse aperit cum subiugit, [Byssinum enim sunt iustificationes sanctorum.] Iustificationes autem sanctorum fiunt per fidem, iuxta quod Apostolus dicit, Iustificati per fidem pacem habemus ad ipsum. Fiunt etiã iustificationes per gratiam baptismatis, per elemosinarum largitatem, per charitatem, quæ operit multitudinem peccatorum. Et quia has virtutes ecclesia a se nõ habet, sed a deo percipit, idcirco dicitur, Datum est illi, a deo scilicet, a quo omne bonum tribuitur, iuxta illud, Omne datum optimum, & omne donum perfectum desorsum est, descendens a patre luminum, hinc & Pau-

lus ait, Quid habes quod nõ accepisti? In hac itaque vita per fidem & charitatem cooperitur ecclesia, in illa autem sola charitate vestietur, quæ maior horum esse perhibetur. Et in hac charitate omnes maxime iustificationis constituit, propter quam cuncta per fidem operantur. Bene autem byssinum splendens & candidum dicitur, quia videlicet nullis peccatorum tunc maculis offuscabitur: Et horum conscientia, quæ hic per fidem, spem & charitatem fuerit ornata. [Et dicit mihi Scriba.] Videlicet in corde tuo, vel etiam scribe in libro, ut perueniat ad posteros. Nam & quod Iohanni dicitur, omni ecclesie, dicitur, cuius ille tunc typum gerebat. [Beati qui ad cœnam nuptiarum agni vocati sunt.] Nõ de his nuptijs quæ in præsentia aguntur, ista dicitur, ad quas multi intrare videntur per fidem & baptismum, sed non ideo sunt beati, quia fidem quam habere videntur, operibus maculant, vnde scriptum est, Multi sunt vocati, pauci vero electi. Sed de his nuptijs hoc intelligitur, in quas solummodo boni intrant, vbi iam non erit quisquam qui dignus sit proijci, non habens vellem nuptialem, sed omnes candidis stolis induti, gaudebunt in æternum cum Christo. Has multi exituri intrant, sed illas quisquis semel intrauerit, ulterius non exiit. Beati, id est, felices. Qui ad cœnam nuptiarum agni, id est, ad supernum illud & ecclesie conuiuium vocati sunt, in dei præsentia & prædestinatione, id est, ad societatem angelorum & sanctorum hominum, ibi erit refectio animarum sanctorum, id est, præfatus omnipotentis dei vultus. Vnde Psalmista dicit, Satiabor dum manifestabitur gloria tua. De hac cœna & in euangelio dicitur, Beatus qui manducabit panem in regno Dei. In hac cœna ipse dominus suis ministrabit fidelibus, iuxta illud, Præcinget se, & faciet illos discumbere, & transiens ministrabit illis. Bene autem non conuiuium, sed cœna vocatur, quia nuncium in fine seculi adimplebitur. Post prandium enim cœna reficit, post cœnam autem conuiuium nullum reficit, qui ergo finito præsentis vite termino, ad resurrectionem superne contemplationis veniunt, profecto ad cœnam agni vocantur. [Et dicit mihi]

Hæc verba dei vera sunt.] id est, quia deus verax est, qui non mendatur aliquando, & hæc verba quæ dico tibi, dei verba sunt, & ideo pro certo venient quæ futura prædixi. Quæ dei verba ad hominem veniunt, quæ do per internam inspirationem ipsum dei verbum ea in corde reuelat fidelibus sine strepitu vocis. [Et cecidi ante pedes eius vt adorarem eum, & dicit mihi, Vide ne feceris. Conferuus tuus & frater tuorum sum habitentium testimonium lesu.] Quia maiorem se vidit Iohannes, idcirco cadens angelum adorare voluit. Hic et enim & angelus & Iohannes proprias sumunt personas, nam cum supra angelus dixerit: Ego sum Alpha & ω, primus & nouissimus, ostendit se in hoc loco missum esse in figura Christi, cum propriam personam considerans, prohibet ne se adorare debeat, vbi & notandum, quod idem angelus pedes habuisse dicitur, quia ni mirum veniens, ex acre corpus assumpsit. At ergo: Vide, id est, caue ne feceris, quia conferuus tuus sum, quia vnum dominum habemus ego & tu, & in nullo sum tibi prælatus, nisi tantum in doctrina, quam te missus sum docere, nec solū tuus sum socius, sed etiam omnia fratrum tuorum, fidelium scilicet hominum me cogquam esse profiteor, habentium testimonium lesu, id est, fidem lesu. Vbi & hoc intuentium, quia cum sepe in veteri testamento legimus angelos ab hominibus adoratos, nequam legimus eos fuisse prohibitos. Postquam autem dominus assumptum hominem super caelos leuauit, angelus ab homine adorari timuit, quem super se regnare cognouit: & quia ne se adorare debeat, ei dicit, & ostendit quem adorare eum oporteat, subingens: [Deum adora.] Quasi diceret: Noli adorare me, qui verba tibi depromo, sed eum, in cuius persona tibi appareo. [Testimonium enim lesu est spiritus prophetiae.] Quicquid enim spiritus prophetiae dicit, testimonium est lesu, cui lex & propheta testimonium perhibent. Vnde & cum ipso in monte transfigurato Moyses & Elias apparuerunt in eadem maiestate, vt ostenderet, ipsum habere testimonium a lege & prophetis, hinc ipse dominus dicit ludæis, Si crederitis Moyse, cre-

deretis & mihi, de me enim ille scripsit. Omnis enim scriptura per spiritum est data. Et ideo ipse spiritus prophetiae testimonium lesu est, quia omnis scriptura testimonium perhibet lesu. Vnde ipse resurgens a mortuis, dixit discipulis suis: Oportebat impleri omnia quæ scripta sunt in lege Moyse & prophetis & Psalmis de me, nam & eo baptizato, spiritus sanctus testimonium ei perhibuit quod esset dei filius, quando in specie columbae super eum descendit. Spiritus itaque prophetiae Christo testimonium perhibet, quia omnia quæ lex & prophetae narrant, de illo dicta videntur. Habent autem hoc testimonium lesu, non hi qui verbotenus ea quæ de illo dicuntur credunt, quia fides si non habeat operamortua est, sed qui ea fide pollent, quæ per dilectionem operatur, id est, qui fidem quam habent, operibus ornant. Sed vbi omnis summa fidei de Christo enunciata concluditur, ibi tandem huius prolisitas libri debito fine terminetur.

x iij

Como of la no

HAYMONIS IN APO-
CAL YPSIM.

LIBER SEPTIMVS.



ET vidi cæli apertū, & ecce equus albus.] Cælum vt sapissime iam dictum est, ecclesia electorum intelligitur, de qua scriptum est, Cælum mihi sedes est. & Salomon dicit, anima iusti sedes est sapientiæ. Paulus autem confirmat scripturam esse dei virtutē & dei sapientiā. Quod videlicet cælum clausum fuit, quando non permittebatur apostoli & cæteri fideles libere loqui, nec dūq; prædicando peruenerāt ad omnes gentes. Clausum erat hoc cælum, quando timore cogente apostoli positi erant in conclauī propter metum, & sub silentio se regebant, quādo venit dominus ianuis clausis, & stetit in medio, & dixit eis: Pax vobis. Sed postquam ille ascendit ad cælos, aperuit hoc cælum, quia decima die ascensionis sue, misit eis spiritum sanctum, quo inestimati, cœperunt loqui variis linguis magnalia dei: & qui prius non audebant Christum confiteri in sua lingua, postea innumera hunc diuersitate linguarum publice prædicabāt. Per equum album, corpus & animam Christi intelligere debemus: per sessorum autem equi, diuinitatē verbi, quæ præsidet suæ humanitati. Hunc autem equum tunc diuinitas ascendit quando verbum dei humanam sibi carnem & animam suscipiendo vniuit. Sed cum aliud sit equus, aliud equester, quia equus est Ætiale, equester est homo, non hoc in dominū cadit, in quo non sunt duæ personæ, sed vna, in duabus tamen substantiis. Sicut enim homo ex anima & carne constans, vnus homo habetur, ita ipse ex anima & carne constans & diuinitate, vnus est. Christus, in vna eademq; persona ex duabus constans substantiis. Bene autem ipse equus, cui diuinitas verbi singulariter præsidet, albus esse describitur, quia videlicet in homine illo assumpto, nullius peccati offuscatio inuenitur. Vnde scriptum est, Qui peccatum non fecit, nec dolus inuentus est in ore eius, Cælo itaque aperto, equus albus & sessor aspicitur, quia ecclesia prædicante, humanitas Christi eiusq; diuinitas gentibus manifestatur. De cuius diuinitate adhuc subiungitur, [& qui sedebat super eum, vocabatur fidelis & verax.] Fidelis, quia quicquid promittit, sine dolo adimplebit: verax, quia ipse est patris veritas, qui non mentitur aliquando. [& cum iustitia iudicatur.] Hoc est, vni cuiq; secundū opera sua retribuit. Neq; enim aliter iudicare potest, qui in omnibus iustus est. Vnde qui eum attendunt misericordem & fidelem promissurum esse debent considerare quia verax & iustus est, ideoq; nullum impunitum impunitum relinquit, nullum non conuertit misericordia saluat. [& pugnat] in suis electis. Vicit enim primum per se diabolū, quoniam ad debellandas aeras potestates venit, deinde vincit quotidie per membra sua. Vt enim fideles victores fiant, Christi iuuantur auxilio, sine quo nihil facere possunt. Iudicat ergo, vt rex secularium pugnat, quia in suis membris semper contra dæmonum vel prauorum hominum aduersitates dimicat. [Oculi autem eius vt flamma ignis.] Oculi istius equitis dona sunt spiritus sancti. Vnde superius dictum est, quod viderit agnum tanquam occisum Iohānes, habebat cornua septem & oculos septē, qui sunt septem spiritus dei, missi in orbem terrarum. Qui oculi bene in flamma ignis dicuntur, quia videlicet nos ad fidem illuminat, & ad dei amorē & proximū accendunt. Vel per oculos domini possumus intelligere diuina eloquia, quæ nos similiter illuminat, & ad dei amorē accendunt. Vnde Psalmista dicit, Lucerna pedibus meis verbum tuum, & lumen semitis meis. & iterum, Præceptū domini lucidū illuminans oculos. [& in capite eius diademata multa.] Quia dñs multis electis victoriarū coronas tribuit, idcirco in capite suo multa diademata habere dicitur, quibus multitudo sanctorū coronatur. Quia enim caput omnium electorum est, & membra eius electi, a quo accipit caput vt sit, ab ipso & membra coronantur. Singulis autem victoribus, ipse coronas victorie

LIBER VII.

cati offuscatio inuenitur. Vnde scriptum est, Qui peccatum non fecit, nec dolus inuentus est in ore eius, Cælo itaque aperto, equus albus & sessor aspicitur, quia ecclesia prædicante, humanitas Christi eiusq; diuinitas gentibus manifestatur. De cuius diuinitate adhuc subiungitur, [& qui sedebat super eum, vocabatur fidelis & verax.] Fidelis, quia quicquid promittit, sine dolo adimplebit: verax, quia ipse est patris veritas, qui non mentitur aliquando. [& cum iustitia iudicatur.] Hoc est, vni cuiq; secundū opera sua retribuit. Neq; enim aliter iudicare potest, qui in omnibus iustus est. Vnde qui eum attendunt misericordem & fidelem promissurum esse debent considerare quia verax & iustus est, ideoq; nullum impunitum impunitum relinquit, nullum non conuertit misericordia saluat. [& pugnat] in suis electis. Vicit enim primum per se diabolū, quoniam ad debellandas aeras potestates venit, deinde vincit quotidie per membra sua. Vt enim fideles victores fiant, Christi iuuantur auxilio, sine quo nihil facere possunt. Iudicat ergo, vt rex secularium pugnat, quia in suis membris semper contra dæmonum vel prauorum hominum aduersitates dimicat. [Oculi autem eius vt flamma ignis.] Oculi istius equitis dona sunt spiritus sancti. Vnde superius dictum est, quod viderit agnum tanquam occisum Iohānes, habebat cornua septem & oculos septē, qui sunt septem spiritus dei, missi in orbem terrarum. Qui oculi bene in flamma ignis dicuntur, quia videlicet nos ad fidem illuminat, & ad dei amorē & proximū accendunt. Vel per oculos domini possumus intelligere diuina eloquia, quæ nos similiter illuminat, & ad dei amorē accendunt. Vnde Psalmista dicit, Lucerna pedibus meis verbum tuum, & lumen semitis meis. & iterum, Præceptū domini lucidū illuminans oculos. [& in capite eius diademata multa.] Quia dñs multis electis victoriarū coronas tribuit, idcirco in capite suo multa diademata habere dicitur, quibus multitudo sanctorū coronatur. Quia enim caput omnium electorum est, & membra eius electi, a quo accipit caput vt sit, ab ipso & membra coronantur. Singulis autem victoribus, ipse coronas victorie

tribuit, sed tamen (vt iam dictum est) ipse in omnibus vincit. Aliter: Caput Christi deus est, iuxta quod Apostolus dicit, verbum autem & pater cum spiritu sancto vnus est deus. In capite ergo Christi, id est, in deo patre, sunt multa diademata, quia omnia ad ipsum referuntur, ex quo secundum Apostolum omnia esse probantur. Filius enim non a seipso, sed a patre est, spiritus sanctus a patre & filio procedit. A quo ergo omnia, in ipso & diademata deus. Omnes itaque electi in capite Christi habent coronas, quia a patre post victoriam coronantur. Sed in hoc quod sequitur, [habens nomen scripturam, quod nemo nouit nisi ipse,] valde perplexa oritur questio, nunquid filius scire aliquid potest, quod nesciat pater aut spiritus sanctus? Non omnino, quia quorum inseparabilis est substantia, inseparabilis est & scientia. ideoque quod scit filius, scit pater, scit & spiritus sanctus. atque ideo cum filius aliquid scire dicitur, omnis prorsus trinitas scire docetur: & quod solus pater scire narratur, cum sua sapientia quæ Christus est, & suo suæque sapientiæ spiritu nosse probatur: & quicquid spiritus sanctus perhibetur scire, omnino cum patre & filio quorum spiritus est, scire creditur. Nam & quod in euangelio dominus dicit: De die autem illa nemo scit nisi pater, non est ita intelligendum, quod aliquid sciat pater, quod nesciat filius, qui vtique patris est sapientia, sed potius ita quod nescire filius dicitur, nescientes homines reddere, sicut & scire dicitur, aliquid sciētes homines facere. Vnde est: Tentat vos dominus deus uester, vt sciat (id est, vt scire vos faciat) si diligitis eum, an non. Cū ergo interrogasset eum apostoli de die iudicii, & eis non ipsum diem indicauit, per hoc vtique nescire ipsum dicitur diē quia eos nescientes reddidit. Neque enim ille ignorare potest diem, a quo omnis factus est dies: nec potest aliquid esse tempus, quod eum lateat, per quem facta sunt omnia tempora. Nomen itaque filii pater scit, a quo est genitus, scit etiam spiritus sanctus, quia ab vtroque procedit. Sed nunquid hoc nomen etiam homines non sciunt? Nam in sequentibus idem Iohannes dicit, Vocatur nomen eius verbum dei. & iterum: Habebat in vesti-

mento & in femore suo scriptum, Rex regum & dominus dominantium. Si ergo beatus Iohannes nomen eius scit, quid est quod dicit: Nemo nouit nomen eius nisi ipse? Nunquid enim ipse aliquid non erat qui scire potuit nomen dei? Sed subaudiendum est, nemo extraneus nouit nomē eius, nisi ipse cum corpore suo, scilicet quod est ecclesia: non Iudæi, qui cum in suis synagogis blasphemant: non heretici, qui male de illo sentiunt: non pagani, qui in eum credere nolunt: nec vtique falsi Christiani nomen eius sciunt, sicuti quæ fidem quam habet, operibus demonstrat: scit ipse, hoc est, Christus cum ecclesia, quæ in ipso illud scire meruit, scit nomen suum. Talis est hæc locutio, qualis illa, quæ ipse alibi ait: Nemo ascendit in cælum, nisi qui descendit de cælo, filius hominis qui est in cælo, id est, Christus cum corpore suo, quod est ecclesia. [Et vestitus erat veste aspersa sanguine.] Vestis sanguine respersa, caro intelligitur redemptoris, passionis sanguine cruentata. De hac veste Iesaias ex persona angelorum ad ipsum dominum loquentium dicit: Quare rubrum est indumentum tuum & vestimenta tua sicut calcantium in torculari? Quibus ipse respondit, Torcular calcaui solus, & de gentibus non est vir mecum. Siue etiam vestis domini sanguine cruentata, intelligitur ecclesia, quæ in sanctis martyribus proprio sanguine est perfusa. Sepe enim in scripturis vestis domini ecclesia intelligitur. Vnde Psalmista ex illius persona dicit: Diuiserunt sibi vestimenta mea, & super vestem meam miserunt sortem. Vestis quippe dei sunt omnes electi, iuxta quod ei a patre dicitur: Viuo ego dicit dominus, quoniam his omnibus vestieris. [Et vocatur nomen eius verbum dei] quia idē qui homo apparuit in tempore passurus, in principio erat deus & apud deum. Verbum dei vocatur, quia per ipsum omnia deus pater fecit, iuxta illud: Ipse dixit & facta sunt. Si enim dixit, vtique per verbum dixit, per quod omnia fecit. Vnde idem Iohannes in euangelio suo ait: Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso facta est nihil. Nam & per hoc verbum deus (pater se nuntiari) voluit mundo. De quo scriptum est: Et verbum

caro factum est, & habitauit in nobis. Cum enim hoc est
 fecerit verbum inuisibile in sua natura, factum est visibile
 le per assumptionem carnis in nostra. [& exercitus qui
 sunt in celo, sequebantur eum in equis albis.] Exercitus
 hic multitudo intelligitur fidelium. Cœlum quoque
 ecclesia est, sicut sepius dictum est. Sic ergo dicuntur
 exercitus qui sunt in celo sequi Christum, cum ipsi exer-
 citus sint cœlum, sicut dicitur in castris ire homines
 certamen, cum ipsa castra sint ipsi qui præparantur ad
 bellum. Recte autem exercitus nuncupantur multitudi-
 nes sanctorum, quia in hoc seculo dimicant, & semper in
 certamine consistunt contra hostes, videlicet malignos
 spiritus, vel peruersos homines, siue etiam contra vitia
 carnis. Equi autem albi quibus insident corpora illo-
 rum munda ab omni peccato. Equus quippe est vnici
 que sanctæ animæ corpus suum, quod videlicet scit &
 ab illicitis cōtinentiæ freno refringere, & rursus cha-
 ritatis impulsu, in exercitationem boni operis relaxa-
 re. Sequuntur Christum, quia imitantur eius munditiã
 & castitatem, mortificantes se cum vitiis & concupi-
 sciencijs, iuxta illud Apostoli, Mortificate membra ves-
 tra quæ sunt super terram & cætera. Superius dictum
 est de virginibus, quod centum quadraginta quatuor mil-
 lia sequuntur illum quocunque ierit. Vnde sciendum,
 quia sequuntur eum & alij, hoc est martyres, confesso-
 res, coniugati etiam boni, specialiter virginis. Qui gra-
 dus quanto excellentior, tanto est vtrique numero mi-
 nor, [vestiti byssino albo & mundo.] Hoc est innocen-
 tia castitatis, & munditiæ ornati. Iam enim supradictum
 est, quod sit byssinum, id est, iustificaciones sanctorum.
 [& de ore ipsius procedit gladius, specialiter virginis. Qui gra-
 dus quanto excellentior, tanto est vtrique numero mi-
 nor.] Gladius sacra scriptura intelligitur, iuxta il-
 lud Apostoli: Et gladium spiritus, quod est verbum dei.
 De isto gladio ipse dominus in euangelio ait. Non veni
 pacem mittere, sed gladium. Sicut enim gladio inci-
 pitur inciduntur carnes, & membra a membris separan-
 tur, sic gladio verbi dei diuiduntur boni a malis, fideles
 ab infidelibus. Hic etiam gladius in vtroque testamen-
 to intelligitur, quia videlicet hinc peccata operis, & illa

hinc resecantur peccata cogitationis. De ore dei procedit,
 iuxta quod ipse dominus dicit: Non in solo pane viuunt
 homo, sed in omni verbo quod procedit ab ore dei. Ipsi
 autem gladio fideles vulnerantur ad salutem suam, infi-
 deles vero & contemptores ad damnationem. Hinc &
 Apostolus qui vnus erat ex his qui gladium verbi dei
 portabant, dicit: Alius sumus odor vitæ in vitam, alius
 odor mortis in mortem, vnde sequitur. [vt in ipso per-
 cutiat gentes.] Gentes in hoc loco non vt supra malas
 gentes significant, sed bonas, propter hoc quod sequit,
 [& ipse reget eas in virga ferrea.] De his gentibus ei
 & per Psalmistam a patre dicitur: Postula a me & da
 bo tibi gentes hæreditatem tuam. Virga autem ferrea
 potestas intelligitur inflexibilis & inuicta. In virga fer-
 rea reget gentes hoc est, in regni fortitudine, vel inflexi-
 bili iustitia. Hinc Psalmista ad ipsum dicit: Virga res-
 ta est virga regni tui. Et quasi exponendo quod esset hæc
 virga, subdit: Dilexisti iustitiã & odisti iniquitatẽ. [&
 ipse calcet torcular vini furoris ire dei omnipotentis.]
 quia propter peccata humani generis quibus promeruit
 iram dei, mortuus est Christus. Nemo enim viuere, nisi
 ipse moreretur. Nisi enim peccasset primus homo, im-
 mortalis mansisset. Sed quia dei præcepta contempsit, sta-
 tim iram dei incurrit, & mortuus est. Quam mortem
 pro nobis miserificorditer filius dei suscipiens, in qua cal-
 catus est, calcavit, quia hæc a mortuis resurgens, poten-
 ti virtute depressit. Vel per torcular postulum intelli-
 gere tribulationem presentis vitæ. Calcet dominus tor-
 cular, hoc est, qui sunt in torculari, id est, omnes electos,
 quos purgat per huius vitæ angustias: Hinc Aposto-
 lus dicit, Per multas tribulationes oportet nos intrare
 regnum dei. Et Salomon: Flagellat deus omnem filium
 quem recipit. Sicut enim in torculari vna trūduntur, vt
 vino promptuaria repleantur, sic nimirum electi pressu-
 rarum afflictionibus conteruntur, vt in celestibus hæ-
 bitaculis recondantur. Et quia patienter electi iram
 dei sustinent, quæ peccatoribus debetur, ideo be-
 ne iam vinum furoris iræ dei vocantur. Sustinent enim
 iram Dei propter peccata, quibus primo homini vt

HAYMO. IN APOCALY.

dictum est, iratus est deus, & efficiuntur vinum quod in dominicis apothecis reconditur. Vinacia autē, id est, omnes reprobi, cum similiter præamantur, foras proiciuntur, & ab illorum societate separantur. Sed electi tam diu vinum furoris sunt quousque in torculari vite vuguntur, & a vinaciis separantur. At ubi promptuaria æterna intrauerint, iam desistunt esse vinum furoris, quia desinit calcatio torcularis. Et habet in vestimento & in femore suo scriptum: Rex regum & dominus dominantium. Per vestimentum domini sicut supra diximus corpus illud intelligitur, quod verbum dei patris anima mediante suscepit in utero virginis. Per femur vero propagatio carnis exprimitur, unde Abraham mittens seruum suum, ut acciperet uxorem filio suo de domo patris eius, dixit ei: Pone manum tuam sub femore meo, & iura mihi per dominum cæli & terræ. Præuidit enim dominum cæli ex suo femore nasciturum, per quem adiurauit seruum Jacob quoque dixit: Nō auferetur sceptrum de iuda, & dux de femore eius, donec veniat qui mittendus est. In suo itaque vestimento, hoc est, in humano corpore, & in femore, id est, in carnali propagatione, habet scriptum quod sit rex regum, & dominus dominantium. Unde Matthæus generatio nem illius per reges describit, id est, per Dauid & eius posteros. Cuius dicta cum legimus, & veraciter eum ex stirpe Dauid descendisse, regem verum cognoscimus, & credimus, in domini femore credendo legimus, quod ipse sit rex regum. Maxime enim promissiones de eius incarnatione ad Dauid factæ sunt, e quibus vna est: Cū dormieris cum patribus tuis, suscitabo de femine tuo, quod egredietur de lumbis tuis, & stabilietur regnum eius in sempiternum, Ipse erit mihi in filii, & ego ero illi in patrem. Reges isti quorum rex Christus est, oēs sancti sunt, qui se & alios bene regunt. Quibus Petrus dicit, Vos estis genus electum regale sacerdotium. Ipsi sunt etiam dominatores, qui dominationem exercent super subditos, accepta potestate in Petro Apostolo, cui dominus ait, Tibi dabo claves regni cælorum. Vel etiam per domini vestimentum ecclesia intelligitur, quā

LIBER VII.

Christus fonte baptismatis abluit, & non habentē maculam, aut rugam sibi deposcavit. Per femur autem omnes intelliguntur Christiani, qui credentes in Christū, facti sunt filij dei, iuxta illud Iohannis, Quotquot autem crediderunt in eum, dedit eis potestatem filios Dei fieri. In suo ergo vestimento & in suo femore, hoc est in cordibus electorum suorum, habet scriptum, quod sit rex regum, & dominus dominantium. [Et vidit alium angelum stantem in sole.] Angelus, ut sæpe dictum est Christus intelligitur, de quo propheta dicit, vocabit nomen eius magni consilij angelus. Alius autem dicitur propter aliam quam ostendit visionem, eo modo quo & superius dictum est, quia alium esse dicimus hominem, priorem locutionem ad nos factam permutantem. Sol in sacro eloquio diuersas habet significaciones. Aliquando enim significat ipsum Dominum, unde scriptum est, Vobis timentibus nomen meum orietur sol iustitiæ. Aliquando tribulationem persecutionem, ut dominus dicit de seminibus quæ ceciderunt super petrosam, quia oriente sole aestuauerunt. Aliquando manifestam rem, ut illud, quod Nathan esse persona domini dicit ad Dauid, Tu fecisti abscondite, ego vero faciam in oculis solis huius, id est, in aperto. Quod tum impletum est, quando Absalon videntibus cunctis ingressus est ad uxores patris sui, Et Psalmista in eodem sensu dicit, In sole posuit tabernaculū suum. Ac si diceret, humanitatis assumptione sacramentum in lumine manifestationis ostendit. Ita ergo in hoc loco sol ostensionem manifestæ visionis significat. In sole itaque stat Christus, id est in manifesta luce, & fide populorum, quoniam gloria illius in toto orbe terrarum diffusa est. Surrexit enim a mortuis, prædicatus est ab apostolis, creditur modo in toto mundo, & in hac luce fidei stat. [& clamauit voce magna omnibus aibus quæ volabant per medium cælum.] Aues similiter aliquando in bonam partem ponuntur, aliquando in malam, ideoque pro locorum qualitatibus sunt accipiendæ, in malo qui dem ponitur, ut dominus dicit de iactis feminibus, quæ a volucris comesta sunt. In bono autem, ut in euange

lio dicitur, Simile est regnum cœlorum grano sinapis, quod minimū est oibus holeribus. Sed cum iam tactum fuerit in terram crescit, & magna fit arbor, ita vt volu cres celi habitent in ramis eius. Granum sinapis, dominus est Iesus Christus, qui tēpore suæ passionis despiciabilis, & minor oibus apparuit hoibus, quasi nihil esset: sed postquā furexit a mortuis, factus est arbor magna, ita vt in ramis eius, hoc est in doctrinā suā euangelicis, aues cœli habitent. I. sancti requiescant. Qui dicuntur aues cœli appellantur, quā mente cœlestia petunt, vt cum A postolo dicere possint, nostra conuersatio in celis est. Aues itaq; appellat sanctos in cœlesti vita degentes. Quę bene per medium cælum volare dicuntur, quā nō terrenis rebus inhæret, sed mēte vt dictū est cœlestia petunt, & vbiq; prædicando discurrūt. Hoc est quod dicit per medium cælum, id est, per mediam ecclesiā. De quibus Iſaias dicit: Qui sunt isti qui vt nubes volant, & quasi columbæ ad fenestras suas? Clamat autē angelus auibis, id est, per internam inspirationem loquitur eis dicens: [Venite & cōgregamini ad cœnam magnam dei oīpotentis.] Quid per cœnam nisi conuiuiū intelligitur? cœnæ refectionis? Vocat ergo aues ad cœnam. i. oēs sanctos ad epulas regni venturi, dicens: Venite credendo & bona faciendo. Congregamini ad cœnam dei omnipotentis. i. ad commune conuiuium æternæ refectionis, [vt manducetis carnes regum & carnes tribunorum & carnes fortium, & carnes eorum, & sedentium in ipsis.] Hinc est quod Petro dixit, Occide & mādūca, id est, occide in hominibus infidelitatem, & in corpus tuū, quod est ecclesia traiecit. Per carnem autem in hoc loco, totus intelligitur homo. A liquando enim in scriptura, per animā totus homo accipitur, vt illud: Et videbit oīs caro, salutare dei. Neque enim aut animæ sine corporibus ingressæ sunt in Ægyptum, aut caro sine animabus filium dei videre poterit, sed carnis vel animæ nomine totus homo intelligitur, id est, a parte totum. Ita, ergo & hic fit cum dicitur, vt manducetis carnes regum & tribunorum, [Quo in loco diuersæ hominū qualitates ad Christum conuertentium comprehenduntur, Sunt quip-

pe in ecclesia reges, sunt & tribuni, id est, comites & cæteri principes nobiliores, sunt fortes viri bellicosissimi ad Christum conuerſi. Per equos autem hi designantur qui prius erant voluptuosi & luxuria coinquinati, de quibus Propheta dicit: Equi emissarii facti sunt insipientes in foeminas. Et in Psalmis ipse dñs admonet dicens: Nolite fieri sicut equus &, m. q. n. est intellectus. Per fessores autem hæreticarchas intelligere possumus, qui dum eloquiorum scientia carnalibus eminent quasi super bruta animalia insident, eisque iure potestatis, ad quodlibet facinus abutuntur. Sed aliquando tales sancti sua doctrina ad fidem Christi conuertunt, & ad bonitatem ecclesiæ trahunt, sicut quasi maciantes eos comedunt. [& carnes omnium liberorum ac seruorum & pusillorum ac magnorum.] Liberi sunt virgines carne. Serui autem cōiugio obligati, quibus A postolus dicit: Cum serui effectis peccati, liberi fuistis iustitiæ, id est, alieni fuistis a iustitia. Per pusillos intelligitur vulgus ignobile, & multitudo plebis. Per magnos vero, philosophi & diuites huius seculi. Ex his omnibus magnū illud conuiuium cœnæ, ab exortu quidem sanctæ ecclesiæ præparatur, sed in fine temporum abundantius præparabitur, quando non solum gentiles, sed etiam Iudæi occurrent, & ad Christum conuertentur. Vnde & ista specialiter ad illud tempus referre possumus. Angelus itaque in sole, Elias & Enoch intelliguntur, in aperta luce Christum prædicantes. Licet enim persecuciones videlicet ab Antichristo sustineant illatas, tamen constanter & manifeste prædicabunt Christum, [dicentes omnibus auibis, id est, omnibus sanctis, socijs videlicet prædicatoribus, venite ad cœnam magnam Dei omnipotentis, id est, ad ecclesiæ conuentum, & æternam omnium fidelium refectionem. Quæ cœna recte magna vocatur, quia videlicet & gentiles, & Iudæi ad vitam æternam præordinati tunc credent, & ad hanc cœnam venient, vt comedant carnes regum & cæterorum, id est, vt ex omnibus conditionibus & qualitatibus ad fidem Christi conuertantur, & in corpus suum, quod est ecclesia trajectantur.

[& vidi bestiam & reges terræ & exercitus eorum congregatos ad faciendum prælium cum illo qui sedebat in equo, & cum exercitu eius.] Bestia vt supra dictum est, aliquando diabolus malorum principum, aliquando vero Antichristum, aliquando totum corpus diaboli significat. In hoc loco bestia, diabolus cum suo nomine assumptus intelligitur. Reges vero & exercitus eorum, præpositi cum subiectis eorum malis designantur, hi faciunt bellum contra Christum & eius fideles, blasphemias & opprobria, tribulationibus & miraculis pugnantes. Et quauis ab ipso domini aduentu, diabolus cum suis membris bellum certaminis contra ecclesiam meret, validius tamen in fine seculi pugnabit, quando diuino iudicio solutus proprijs viribus efferbitur, quando signis & miraculis castra sanctorum perturbare nisus fuerit. Tunc pariter bestia, reges & exercitus eorum pugnabit cum Christo, & eius exercitu, quia vno voto vnaque voluntate reprobi, aduersus ecclesiam firmabuntur, cum per damnatum hominem, antiquus hostis in seculari potentia se eriget; tunc enim vnanimi crudelitate reprobi cum suo capite, contra ecclesiam erigentur, nullumque membrum iniquorum a sui capitis voluntate, in hac persecutione discrepabit. [Et apprehensa est bestia,] pro eo quod apprehendetur, quia præteritum tempus pro futuro hic positum est. [& cum illa pseudopropheta, & qui fecit signa coram ipso quibus seduxit eos qui acceperunt characterem bestie, & qui adorauerunt imaginem eius.] Bestia, Antichristus, pseudopropheta doctores præui intelliguntur. Quæ sine autem signa quæ pseudopropheta fecerit, quia in vno multa intelliguntur, superius dictum est, inter quæ etiã imaginem fecerit descendit e de cælo. Coram bestia dicit, quia vbicumque fuerint ipsi ministri Antichristi, ita ea facient, quæ illi placere cognouerint, quasi semper in conspectu illius consistat, & ab eo videantur. Et his signis subicient eos qui acceperunt characterem bestie; hoc est qui in eum crediderunt, & qui adorauerunt imaginem eius, sicut Iudæi, qui cū gaudio & veneratione eius præstolantur aduentum, quæ & suscipiuntur cum vene-

rit. Iuxta quod dominus eis dicit: Ego inquit veni in nomine patris mei, & nō susceptus me, alius veniet in nomine suo, ipsum suscipietis. De quibus omnibus factis supra dictis est, ideo hic breuiter repetuntur. [Hi duo,] id est caput & corpus, [viui missi sunt in stagnum ignis ardentis & sulphuris.] Hoc dupliciter potest intelligi: viui etenim in stagnum ignis ardentis mittentur hi, quos Christus veniens ad iudicium viuos repererit in carne; Qui paululum degustata morte, statim resurgent & damnabuntur cum diabolo & angelis eius. Qui & si momentamam carnem mortem gustauerint, tanquam in ictu oculi resurgent, nō mortui sed viui appellabuntur. Vel certe viuentes in stagnum ignis mittuntur, hi qui scienter malum operantur. Et vt manifestus fiat, dicamus sub exemplo, verbi gratia: Constituentur duo homines, vnus mortuus & alter viuus. Si tetigerit mortuum, non sentit, si tetigerit viuum sentit. Sæpe vero in scriptura mortui pro nescientibus, viui pro scitibus ponuntur. Mortui itaque sunt pagani, & quasi nescientes & mortui in infernum descendunt, vnde scriptum est: Qui non credit, iam iudicatus est. Viui autem sunt, qui fidem Christi habent, sed dum eam operibus destruant, viui in infernum descendunt, quia scienter peccant. & hi vtique grauius torquebuntur, quia seruus qui scit voluntatem domini sui, & non facit digna, plagis vapulabit multis. Considerandum denique est quæ terribiliter locus suppliciorum stagnum ignis, & sulphuris esse sperhibetur. Stagnum scilicet propter densissimas tenebras, quibus miseros demergit. Ignis vero, quia exurit. Sulphur, quia quos demergit simul & exurit, & continuis feneratoribus replet. [& cæteri.] id est, fideles qui ad Christum sunt conuersi, [occisi sunt gladio sedentis super equum qui procedebat de ore ipsius.] Narrata reproborum damnatione, reuertitur ad eos qui ad Christum conuersi sunt, & gladio verbi dei intercepti mortui sunt mundo & peccato, vt viuerent. [& omnes aues] id est, omnes sancti [saturati sunt de carnibus eorum.] Satiates enim electorum est lætitia & gaudiū de profectu fidelium. Verum quia verbi Dei gladio quidam

ingulantur ad salutem, vt superius dictum est, quidam vero ad damnationem. Possimus & hos mortuos qui occisi sunt gladio sedentis super equum eos intelligere, qui ante domini aduentum secundum transeunt ad infernum, & ex his latantur aues, hoc est demones, qui valde gaudio replentur, cum ad interitum suos perdunt imitatores. Sicque de eorum damnatione capiunt satietatem, quibus se autores præbuerunt ad errorem. Iste aues non vocatae ad maculationem carnis occurrunt, sed tanquam corui, ac milui, vt si quid a fidelibus, aut mortuorum tanquam proiectum fuerit, consumant. Quod si bonæ aues ex carnibus reprobiorum, id est, sancti prædicatores ex damnatione impiorum, quia videlicet tormentum impiorum aspicientes, de reptione sua amplius latantur, saturati narrantur, specialiter est intelligendum tanquam diceretur, Eo internæ contemplationis dulcedine interius satiantur electi, quo reproborum tormenta exteriori conspiciunt, quæ diuina misericordia euaserunt. Hinc Isaias dicit: Et erunt vsque ad satietatem visionis omni carni. Quasi enim damnatio reproborum, cibus est electorum, quia quo cruciatus eorum, indefinenter aspicunt, eo amplius diuinæ contemplationis gaudiis perfruuntur. De quo per Psalmistam dicitur, vultus debuit iusti & timebunt, & super eum ridebunt. Quia enim voluptates mundi tanquam aquam hauserunt, inuidiæ ardoribus fluauerunt, ac luxuriæ fetoribus tabernaculum corporis sui sparserit, digne in stagnum ignis ardentis, & sulphuris mitti cum illo perhibentur, quem ad hæc perpetranda incontentem habuerit. Quod autem non ait, mittentur, sed missi sunt, secundum scripturæ auctoritatem posuit, quæ solet præterito pro futuro vti, vt est illud: Foderunt manus meas & pedes meos, præoccupata quidem narratione quod adhuc futurum extremo tempore positum est, certissime retinemus. [Et vidi alium angelum descendentem de celo habentem clauem abyssi, & catenam magnam in manu sua.] Nunc reuertitur ad superiora, id est, ad ea quæ ante aduentum Christi secundum, facta sunt. In hac enim propheta non seruetur ordo historiarum, Ange-

lus autem hic idem est qui & supra, id est, dominus Iesus Christus, qui a propheta magni consilii angelus appellatur. Sed quo descendit, qui vbique est? Ipse enim per prophetam dicit, Cælum & terram ego impleo. Et quia extra cælum & terram non est locus, descensio illius non est aliud quam assumptio humanitatis, Vnde Apostolus ait: Qui cum in forma dei esset non rapinam arbitratus est esse æqualem deo, sed semetipsum exinaniuit in similitudinem hominum factus & habitu inuentus vt homo, humiliavit semetipsum factus obediens, v. a. m. m. a. c. De celo descendit, quia homo factus, paulominus ab angelis minoratus est. Clauis autem abyssi, discretio intelligitur, quia deus omnipotens aliquando reprobos facere permittit contra ecclesiam, quantum scit utile: & iterum ne tantum noceant quantum volunt, adita egre diædi & nocendi eis admittit. Abyssus enim profunda & tenebrosa significat corda impiorum hominum, & sicut ex clauis aperitur hostium & iterum clauditur, sic diabolus, vel eius membra modo scire permittuntur, modo exire prohibentur. Per catenam vero, inuitabilis dei potestas aperimitur, quæ omnia cingit, omnia complectitur, quæ habet in manu, hoc est, in potestate verbi, per quæ omnia facta sunt, per quæ ipse virtutes & miracula fecit, per quam etiam deus pater omnia operatus est, cælestia, terrestria, visibilia & invisibilia. In hac manu in virtute verbi sui habet, & vim discretionsis, quo cuncta suo moderamine temperat, & potestatem inuitabilem, qua omnia cingit atque complectitur. [Et apprehendit draconem serpentem antiquum qui est diabolus & satanas.] Hoc quod fit factum, ipse manifestat, qui dicit in euangelio, Cum fortis armatus custodit atrium suum, in pace sunt ea quæ possidet. Si autem fortior illo superueniens vicerit eum, fortè ligat, & vniuersa arma eius auferet, & spolia eius distribuit. Ipse enim in carnis humilitate apparens, primum fortem alligauit, deinde eos qui fuerit vasa ire fecit vasa misericordiæ. Draco, serpens, diabolus & satanas licet plura sint nomina, vnum tamen eundem hostem significat. Qui draco appellatur, propter nocendi malitiã, serpens, propter fallaciã, aspidem, antiquus, propter

iniqua & exercitata consilia, quibus ab initio nocere nō desinit. Dicitur quoq; diabolus, id est d corsum fluēs, quia quotidie de cordibus ruit fidelium. Quia vero Christo & ecclesie aduersatur, Satanas, id est contrarius appellatur. [Et ligabit eum per annos mille, & misit eum in abyssum.] Millenarius numerus in scriptura pro perfectione rei ponitur. Vnde est. Verbi quod mandauit in mille generationes. Nam & secundum secularem sapientiam perfectus est, quia constat ex denario in se multiplicato, Decies enim deni, cētum fiunt. Quae iam figura non quadrata, sed plana est. Decies autem cētum mille, qui numerus in altitudinem surgens solidam figuram reddit. Et ideo hic numerus propter sui perfectionem omne significat tēpus hoc praesens, a domini processione usque ad finem seculi, & hic totum pro parte positum est, quia mille anni quantumlibet tempus ecclesie exprimit, id est, usque ad regnum Antichristi. In hoc tēpore ligatus est diabolus in abyssu, id est, in cordibus infidelium & hominum peruersorum, ubi & latet & regnat usque ad aduentum Antichristi, quando soluetur de suo carcere, & procedet ad apertas blasphemias & persecutiones. Sed mirū est quomodo in abyssum mitti dicitur, cum ibi ante esset, quia videlicet iuxta quod saepe superius dictū est, eiectus a fidelibus atrociter cepit dominari in suis. [& clausit,] id est, potestatem egrediendi illi inuenerunt, ne alibi gressus nequitiæ extendat, nisi quo occultum & iustum dei iudicium permittat. [& signauit super illum.] id est, sigillauit, ut ea etiam quae sub se habet, lateant illum. In hoc enim diabolus figuratus est: quia qui sint vel ex his quos tenet, vel ex his quos amittit, qui ad electorum numerum pertinent, nec ipse diabolus nec membra illius scire possunt, sed ille solus a quo inclusus tenetur. Aliquando enim quidam ex his qui eius esse videbatur, subito ad electorum numerum transeunt: aliquando vero ex his qui dominum eius euaserant, ad eum quem deseruerant reuertuntur. Habuit enim ipse Petrum sub se, quando negauit Christum: & Dauid, quando adulterium simul perpetravit & homicidium, sed signum positum fuit super illum, quia prauidere nō po-

tuit, quod uterque per poenitentiam ad vitam reuersurus esset, & dei misericordiam consecuturus. Quia itaque nefcit, qui pertineant ad illum, qui ad Christum, idcirco etiam ea quae sub ipso sunt, quasi sub signaculo reclusa custodiuntur. Ac per hoc agit, ut nec ille qui sint eius ad plenum cognoscat, nec nos qui sunt Christi scire valeamus, verum in hoc quod sequitur, [ut non seducat amplius gentes donec cōsumatur mille anni,] Grauis ad soluedum oritur quaestio: Si enim & ille idcirco ligatus est, ne seducat amplius gentes, quomodo quotidie contra tot homines pugnat, quos & seducit, dum ad vitia ruere facit? Sed sciendum quia nunc gentes in Christum credentes, & si ad tempus videtur seducere, non tamen seducit ut aeternaliter pereant hi, qui in dei predestinatione sunt saluandi, & ideo a toto parte intelligenda est, quae scilicet non potest seduci. Ista enim sunt gentes, de quibus ad eum pater dicit: Postula a me & dabo tibi gentes. [Post haec,] id est, post mille annos, ut a toto sicut supra partem intelligamus, quonia de mille annis adhuc restant tres anni & dimidius, oportet illum solui modo dico tempore.] id est, per tres annos, sed nec tunc seducere poterit eos qui ad vitam sunt predestinati sed eos quos antequam solueretur, seductos tenebat, Quia sicut nunc alligatus, a laesione fidelium cohibetur, sic etiam tunc solutus, a seductione illorum virtutis potentia deprimebitur. Et mille quidem anni, quantum ad electos pertinet, omne tempus istius vitae significant, usque ad finem seculi. Quantum autem ad reprobos, usque ad aduentum Antichristi. Tunc ille quasi exierit seducere, quia comparatione illius seductionis, ista quae nunc agit seductio esse denegatur. Quod si quis inquirat, cur deus quem semel alligauit, solui modico tempore voluit: Si a me quis dicit b. Ambrosius, cito respondeo, & ut dei virtus, & diaboli infirmitas manifestetur, virtus dei in hoc, quod sancti etiam inter flagella & tribulationum angustias constanter in fide perseverant. Infirmitas autem diaboli in hoc quod etiam a puellis & infantibus vincitur. Si enim nunquam solueretur, minus appareret eius maligna atque crudelis potentia, minus etiam probaretur sanctarum

HAYMO. IN APOCALY.

gentium fidelissima patientia. Soluatur enim modico tempore, & totis viribus saeuiet contra electos, vt in illis & dei potentia nota fiat, qui non poterunt vinci tanto eius impetu, & ille suam infirmitatem & propria impotentiam erubescat, tanquam ei dicatur a deo exprobrantis voce, vide quā infirmus sis, qui a puellis vinceres, [& vidi sedes & sederunt super eas & iudicium datum est illis.] Thronus Græce Latine dicitur sedes. Per sedes vero generalis ecclesie exprimitur. Per sessores autem sancti intelliguntur predicatores, id est, duodecim apostoli, & omnes qui perfectam vitam illorum sunt imitati. Nā & de his sedibus Psalmista dicit; illis sedebunt sedes. Ipsi enim sunt sedes, quia in eorum cordibus deus sedet, & ipsi sedebunt in iudicio, quia aliorum facta iudicabunt. Et isti cum domino venturi sunt ad iudicium iuxta quod eis ipse dicit: Sedebitis super sedes duodecim iudicantes duodecim tribus Israel. Iam nunc etiam sedent & iudicant, quia potestatem in Petro apostolo acceperunt cui dictum est vna cum cæteris: Quodcūq; ligaueris super terram erit ligatum & in cælis & cætera. Datum est eis iudicium, id est potestas ligandi atque soluendi. Quæritur autem quare superius singulariter vnam ponit sedem, dicens: Ecce sedes posita erat in cælo, & hic pluraliter sedes enuntiantur. Non autē hoc pertinet ad illud generale iudicium, sed ad presens tempus, quo iudicant inter bonos & malos. [& animas decollatorum.] subauditur vidi. Per animas vero decollatorum plenitudo intelligitur omnium sanctorum, siue scilicet qui spiritualiter in anima sunt mortui, siue corporaliter pro domino iugulati per incensis martyrij gloriam. [propter testimonium Iesu, & propter verbum dei.] Hæc enim sola causa interfecti sunt, quia cōfitebantur Christum deum & hominem & quia noluerant adorare diabolum. Iesus quippe proprium nomen est hominis assumpti, & interpretatur saluator. eo quod saluum faciet populum suum a peccatis eorum. Verbum autem dei diuinitas intelligitur filij dei, in qua æqualis est patri. Propter testimonium ergo Iesu, & propter verbum dei, id est, propter fidem humanitatis & diuinitatis

LIBER VII.

eis eius interfecti sunt; Cur autem decollatorū animæ specialiter visæ dicuntur, cum non hi solūmodo cū Christo sint regnaturi? Nimirum propter excellentiorem dignitatis gradum. Erūt quippe virgines ibi, coniugati, & cæteri, sed maiorem gloriam habebūt hi qui martyrium pro Christo nomine funt perpeffi. De quibus adhuc subditur, [& qui non adorauerūt bestiam, neque imaginem eius.] id est Antichristum, [nec acceperūt characterem eius in frontibus suis,] id est, in fide, sicut luciferi faciunt, [aut in manibus,] id est, in opere, sicut faciunt non solum Pagani qui opera diaboli perpetrant, sed etiam falsi Christiani, qui fidem quam habent operibus destruant, de quibus satis supradictum est. Possumus & imaginem bestie accipere omne corpus diaboli, id est, omnes reprobos qui illum imitantur. Quā imaginem iusti non adorant, quia in nullo reprobos imitantur. Neque enim bestiam adorant, neque characterē illius in fronte aut in manu sua accipiunt, quia nec ludæorum Antichristū expectantium perfidiam, nec hereticorum dogma, ac gentium sequuntur errorem. Vnde Apostolus admonet, dicens: Nolite iugum ducere cum infidelibus, Non enim adorant imaginem bestie, id est, nō imitantur simulationem reproborum, qui fidei confessionē ore proferunt, sed infideliter viuunt. [Et vixerunt & regnauerunt cum Christo mille annis.] Sancti & in presentia vita regnant cum Christo & in futura regnabūt. Ideoq; per millenarium numerum & presentem vitam & futuram intelligimus: Quia regnum sanctorum in die iudicij non terminabitur, sed augmentum accipiet. Iam enim regnant per fidem, & etiam in illis, qui quotidie ab hac vita transeunt per apertam speciem, sed tunc amplius regnabunt, quando simul in regnum introducentur, & erit deus omnia in omnibus. Vnde & idem Iohannes in epistola sua dicit: Charissimi nunc filij dei sumus, & nondum apparuit quod erimus. Scimus autem, quia cum apparuerit similes ei erimus, quoniam videbimus eum sicuti est. [Cæteri mortuorū non vixerunt donec cōsumerunt mille anni.] Sicut supra sancti intelliguntur, qui semper cum Christo sunt regnaturi, ita

& hic reprobi, qui nunquam sunt victuri. Ideo enim dicit ceteri, quia & sancti moriuntur in presenti vita: luxta quod Paulus dicit. Mortificate membra vestra, quae sunt super terram & cetera. & iterum: Mortui estis & vita vestra abscondita est cum Christo in deo. Isti itaque moriuntur peccato, atque ideo in aeternum viuunt cum Christo. Ceteri autem mortuorum qui in anima per peccatum sunt mortui, non vixerunt. non viuunt. Quia enim hic non viuunt per fidem & operationem, illic non viuunt per resurrectionem, tales vtiq; & hic viuunt mortui sunt in anima. & quotidie etiam ad mortem transeunt, quando ab hac vita migrantes, in inferno dānantur & in futuro moriuntur, quando non ad hoc resurgēt vt postea viuunt, sed vt acceptis corporibus iterum ad mortem transeant sempiternā. Et non sunt victuri donec confitentur mille anni, id est, per omnia futura tēpora, ita illi miseri mortui erunt, & nūquam a vita separati viuere poterunt. Mortui quippe erant ante, sed in die iudicij mors illorum nō accipiet terminū, sed augmētum, quia videlicet in toto isto tēpore, quo voluntur mille anni, noluerūt audire vocem filij dei, vt viuerēt. Has mortes duas dominus in euāgelio manifestat. De presenti enim, quia sancti in anima post peccatum surgunt ad vitam, dicit: Venit hora, & nunc est, quādo mortui audiet vocem filij dei, & qui audierit, viuunt. De illis autē, Tūc omnes qui in monumentis sunt, audient vocē filij dei. Et procedēt qui bona fecerunt, in resurrectione vite. Quia ergo reprobi hic, (id est, in prima resurrectione) a morte peccati nolunt redire ad vitam, profecto in secūda resurrectione quae carnis est, ad mortem secūdam cū ipsa carne transibunt. Sicque electi de vita iustitiae, transibunt ad vitam beatitudinis per resurrectionem carnis: & reprobi de morte peccati, ad vltionem mortis per eandem resurrectionem carnis. [Hic est resurrectio prima.] Nequaquam diceret Prima, nisi esset & secūda. Prima ergo resurrectio est, quae fit in anima quod est, ab infidelitate redire ad fidem, a vitis ad virtutes resurgere: Secūda autem erit in die iudicij, quando resurgent cum corporibus in aeternum victuri. Sicut enim sunt duae mortes

vna scilicet animae, altera corporis: sic sunt & duae resurrectiones, vna quae hic fit in anima sicut diximus. Altera quae in futuro expectatur in corpore. De hac quippe resurrectione, quae in presenti fit per baptismum, apostolus fidelibus dicit: Si confurrexistis cum Christo quae sur, & cetera. [Beatus,] id est, felix, [& sanctus,] qui habet partem in resurrectione prima,] id est, qui hic resurgit in anima. Felix est enim, qui dum adhuc viuunt in corpore, a morte animae resurgit, quia dū carnis resurrectio aduenit, in aeterna laetitia viuēt. Ille enim post in carne felicitate resurgit, qui in hac vita a mentis suae morte resurrexit. [Et in his secūda mors non habet potestatem.] Sicut scilicet habet in reprobis, de quibus satis supra dictum est, Ceteri mortuorum non vixerunt & cetera. Quia enim hi, qui prius a morte animae resurgere studeerūt, in his secūda mors, hoc est damnatio perpetua, non habet potestatem: vt enim supra dictum est, sicut sunt duae resurrectiones, similiter & duae mortes: sicut erunt sacerdotes dei,] patris, [& Christi,] eius, id est, filij] & regnabunt cum illo mille annis. [Hae verba nō ad solos pertinent episcopos, ad presbyteros, sed ad omnes fideles, quicunq; scilicet sunt membra veri regis & pontificis Christi, quibus Petrus apostolus dicit: Vos estis genus electum, regale sacerdotium. Reges quippe sunt, quia & in se & in subditis, motus carnalium cogitationum bene regunt. Sacerdotes, quia seipso mortificat, vt hostia viua fiant. De quibus per prophetā dicitur, Isti sunt filij Sadoch, qui accedunt de filiis Leui ad dominum vt ministrare ei. Sunt itaque sacerdotes & reges in presenti. Veruntamen sacerdotium & regnum illorum in die iudicij non accipiet terminum, sed augmentum, quando & semetipso totos deo offerent, & super omnia regna constituentur. Quia contra reprobi, qui hic mercedem suam recipiunt, omnibus rebus exposabuntur. In mille autem annis quibus regnabunt cum Christo, omne tempus futurum intelligitur, sicut supra dictum est. Neque enim nunquam a gloria illius regni, secundum quod haeretici voluerunt, separabuntur, sed semper cum Christo regnabunt, luxta quod dominus

Iohan. 3.

1. Petr. 2.

dicit: bunt hi in vitam æternam [Et cum consummata
 ti fuerint mille anni, soluetur fatanas de carcere suo.]
 Nunc redit ad describēda tēpora Antichristi. Consum-
 matos autem mille annos dicit, a toto partem compre-
 hendens. Sic em̄ soluetur vt supersint anni tres & men-
 ses sex. Supra enim mille anni, a domini aduentu vsque
 ad finem seculi intelliguntur, hic autem vsq; ad regnū
 Antichristi, quando ille soluetur de carcere. Hoc est de
 reproborum cordibus in quibus modo ligatus est, nec tā-
 tum sruat, quātum vult. Vel de carcere soluetur, quia de
 prauitate perfidiae iudæorum carcer. Iuxta illud:
 Fiat Dan coluber in via & cætera. [& exhibit.] ad aper-
 tas scilicet blasphemias & persecutiones. [& seducet
 gentes multas, quæ sunt super quatuor angulos terræ
 Gog, & Magog.] De his gentibus varie quidam loquū-
 tur, æstimantes eas esse gentes aequilones, id est, Getas
 & Massageras, quæ Scanzam insulam inhabitant. Sed
 si has tantummodo duas gentes diabolus seducturus es-
 set, nequaquam diceretur ad hoc exire, vt seducat mul-
 tas gentes, quæ sunt super quatuor partes terræ, cum hic
 gentes, non quatuor, sed vnam tantummodo partem mū-
 di inhabitent. Dicunt etiam alij has gentes ab Alexan-
 dro magno in partibus Macedoniæ conclusas, vbi &
 intantum sunt multiplicatæ, vt viginti quatuor regna
 de se reddidissent. Sed neque istæ etiam si verum esset,
 omnes mundi partes tenere possent. Ideoque hæc sentē-
 tia humana est, non diuina. Nam in his duabus gentib⁹
 omnis multitudo intelligitur reprobōrū, qui super qua-
 tuor partes terræ sunt, id est, super orientem, occidentē,
 aquilonem, & meridiem. Quo in loco ostenditur, & fi-
 des sanctorum in omnibus mundi partibus inuenienda
 ante finem seculi. Iuxta quod dominus dicit: Oportet
 euangelium prædicari in toto mundo, & tunc veniet fi-
 nis, & numerositas impiorum, similiter per omnes mū-
 di partes scaturita. Quia enim vbique erunt fideles, idē
 circa vbique eos insequentur infideles. Gog quippe inter-
 pretatur rectorum, Magog, de rectorum quod tale est, quasi di-
 catur domus procedēs de domo, Per rectorum itaq; intel-

ligitur corda reprobōrū, in quibus modo latet diabol⁹.
 Iuxta quod superius legim⁹ in abyſſo eū esse cōclusum.
 Diabolus autē est de rectorum, tanquam scilicet de reprobō-
 rū cordibus progrediens. Ipse est ergo modo in rectorum, &
 tūc progreditur de rectorum. Reclus est enim modo diabo-
 lus in illis, sed temporibus Antichristi exiit de rectorum,
 quasi discooperatus, quia quod nunc facit occulte, tūc fa-
 ciet manifeste. Vel certe ipse p̄tēs sunt rectorum, quia in
 ipsis modo tegitur & concludit diabolus, & ipse de re-
 ctorum erit, quando in apertam perfectionem prorūpent.
 Exiit ergo in apertā perfectionē, vt seducat Gog &
 Magog, id est, omnia mēbra sua. Seductus autem hæc
 erit, que incitabit omnes reprobos, vt bellēt cōtra Chri-
 stum. [& congregabit eos in præliū.] Non in vnum lo-
 cum, sed in vñū consensum, & vnam malam volunta-
 tem, per quam omnes eos faciet concordēs [quorum nu-
 merus est sicut arena maris.] Legimus in Genesi, quod
 dixerit deus ad Abraham: Multiplicabo semen tuū sicut
 stellas cœli, & sicut arenam, quæ est in litore maris, vbi
 in stellis intelligitur sancti. In arena omēs reprobi
 steriles & infructuosi. [Et ascēderūt.] subaudi diabo-
 lus & membra illius, Gog, & Magog, super latitudinē
 terræ. Hic demonstratur ecclesia sanctorum in toto or-
 be dilatanda. Iuxta quod dñs in euangelio ait: Oportet
 bat inquit pati Christū & resurgere a mortuis, & præ-
 dicari in nomine eius pœnitentiam & remissionē pec-
 catorū in omnes gentes. Et iterum: Prædicabit hoc euā-
 gelium in toto orbe, & tunc veniet consummatio. Sicut
 ergo vbique erit ecclesia, ita & vbique erit persecutio, &
 in nullo loco erit sanctus quem non persequetur impi⁹.
 [& circūierunt castra sanctorū.] Sancti appellantur ca-
 stra, quia semper dimicant contra diaboli, & membra
 eius. Sic enim dicitur: Ascēderunt super latitudinē ter-
 ræ, & cinxerunt castra sanctorum: Ac si diceretur: per
 omnem terræ habitationem, electorum ecclesiam pres-
 suris astitauerunt. Bene autem dicit, ascēderūt, cōtra ele-
 ctos videlicet, tumentes, & caput suum imitantes, qui di-
 cit: Ascēdam super altitudinem nubium, & ero similis
 altissimo. Et hic quidem super altitudinem nubium, illi

Gen. 46.

Gen. 17.

Luc. 24.

vero super latitudinem terræ, ascendunt, quia videlicet capite specialiter cōtra deum, membra vero generaliter contra electos eleuantur. [& ciuitatem dilectam.] Ipsa ecclesia est ciuitas a deo dilecta, de qua dñs dicit: Non potest ciuitas abscondi in monte posita. Et [salmissa:] Gloriosa dicta sunt de te ciuitas dei. [& descendit ignis a deo de cælo, & deuorauit illos.] Per ignem repētinum interitum Antichristi, vel membrorum illius intelligere debemus. Vnde Paulus dicit: Quem dominus Iesus interficiet spiritu oris sui. Et in euangelio ipse dicit dominus: Cum dixerint pax & securitas, tunc repentinus eis superueniet interitus. Sicut enim nunc iste mundus plenus est hominibus, sic erit in aduentu filii hominis. Sicut enim cum repente dñs uenerit ad iudicium, quasi ignis, id est sententia damnationis subito descendet de cælo, & deuorabit impios, non solum in corpore, sed etiam in anima. Vnde dominus in euangelio dicit: Sicut fuit in diebus Noe, sic erit in aduentu filij hominis. Alii ter: Supra legimus de sanctis prædicatoribus, quod ignis exiens de ore illorum deuorauit inimicos eorum. Quasi enim ignis de cælo descendit, cum ex diuini uerbi prædicatione, reprobis liuor inuidiæ accrescit, sicque ipsa prædicatione, quæ iustus est uita seprobis est dñatio perpetua. Vnde Paulus, Aliis fumus odor mortis in mortem, aliis odor uitæ in uitam. [& diabolus qui seducebat illos,] siue per se siue per membra sua, missus est in stagnum ignis & sulphuris, ubi & bestia [id est, Antichristus,] & pseudopropheta, [Præteritum tempus posuit est hic pro futuro missus est, scilicet pro eo quod est mittetur. Per stagnum uero ignis, in quo impii cum capite suo damnati in perpetuis tenebris obuoluentur. Quoniam licet sit ibi ignis, non erit ad lucendum, sed ad miserorum corpora concremandum. Corpora enim reproborum erunt fōmētum ignis. Ideoque & ipse ignis erit indeficiens, quia erunt & corpora immortalia quibus semper accēdetur Sulphur autē & ignē accēdit & fœtorē generat, quia sicut dictū est, & ignis ibi erit perpetuus, & fœtor intolerabilis, unde sequitur.] & cruciabantur die ac nocte in secula seculorum.] Cum in infer-

1. Cor. 2.

no semper tenebræ sint, iuxta illud: Inutilem seruitū prociute in tenebras exteriores, quod est quod hic dicitur, cruciabantur die ac nocte. [Sed sciendum, quod, quia nō pro uicissitudine diei ac noctis, hic dies aut nox ponuntur, sed propter mutabilitatem poenarum, caloris scilicet & frigoris. Quo contra de sanctis dicitur, quia iam tempus non erit, id est, nulla immutabilitas. Quod exponens Paulus dicit, Omnes quidem resurgemus, sed non omnes immutabimur. Apud electos enim nullius rei erit uicissitudo, sed sicut erunt immortales corpore, sic erunt & immutabiles mente. Reprobi autem, licet sint immortales corpore, tamen corruptionem sustinebunt, quia a uerbis comedentur, & mutabilitatē animi patientur, semperque deficiēt, & nunquam ad defectum peruenient. Hæc itaque immutabilitas poenarum hic exprimitur per diem & noctem. A liter: Diem possimus referre ad gloriam iustorum, noctem ad poenam reproborum. Illi ergo qui in inferno erunt, die ac nocte cruciabantur, recordantes bonorum iustorum & malorum suorum. [Et uidi thronum magnum candidum.] Thronus ecclesie est, cui Christus singulariter & generaliter præsidet. Magnus dicitur, quia ecclesia ex multitudine populū constat, & per mundi partes dilatatur. Candidus quia fonte baptismatis ab omni abluuntur macula criminis. [& sedentem super eum.] Subauditur uidi. Per quem dominus Iesus Christus intelligitur, qui habitat in cordibus fidelium iuxta illud. Inhabitabo in illis & inter eos ambulabo, [a cuius conspectu fugit terra & cælum.] Hoc est quod dominus dicit, Cælum & terra transibunt, uerba autē mea non transibunt. Præsi tunc cælum & terra, non ut esse desinant, sed immutabuntur. Iuxta quod Paulus dicit, Præterit figura huius mundi. Erat enim tunc cælum nouum & terra noua. Fugient quippe a conspectu iudicis abieci species, quam nunc habent, & ostendent pulchritudinem, quam nunc cælant. Vñ & in hac eadem apocalypsi dicitur, Uidi cælum nouum & terram nouam. Primum enim cælum & prima terra abiit. Ignis enim comitabitur domini aduentū, qui tantum spatium aeris occupabit, quantum occupauit

1. Cor. 7.

aqua diluuij quando quindecim cubitis fuit super omnes montes, qui erant sub vniuerso caelo. Inter hæc autem sciendum, quia quidam minus caute diuina scriptura considerantes, prius dixerunt caelum & terram transire per ignem, quam iudicium fieri. Quidam vero affirmant, prius futuram resurrectionem, deinde caeli & terræ innovationem. Sed & hos & illos minus cauta conspectio defellit, quod Paulus manifestat, qui dicit: Dies dñi declarabit, quia in igne reuelabitur. Et: Psalmista, Ignis in conspectu eius ardebit & in circuitu e. r. u. Simul enim dominus veniet ad iudicium, & mortui resurgent, & elementa igne soluentur, atque omnia, deo iudicate per ignem, cum aduersarios ignis inuoluerit, & in infernum demerit, atque electos ad regnum præmiserit, tunc cælum & terra noua apparebunt, quod nos quoque exemplo colligimus, qui h' yemalium dierum reuolutionibus verno tempore abundantiori solis lumine superius spiritus desecere, varietate florum interius candescere videmus. Hinc & dominus in euangelio, regnum cælorum æstati cõparat. [Et locus] pristina subauditur visionis [non est inuentus] ab eis. Ac si diceret: Figura præterit, natura permanet. Hinc Paulus dicit: Præterit figura huius mundi possumus & per cælum intelligere animas sanctorum. Per terram vero corpora illorum. Quæ non solum tunc incorruptionem corporis, verum etiam incommutabilitatem mentis recepturi sūt, quando ab ea specie quam nunc habent, tanquam terram & cælum transeutes, in pulchriorem statum commutabuntur, Et locus pristinae corruptionis & mutabilitatis non inuenietur in eis. Quasi enim iam non ipsi sunt, sed alij, dum a vetustate primæ corruptionis in nouitatem transeunt secundæ regenerationis. [Et vidi mortuos magnos & pusillos stantes in conspectu throni.] Magni sunt de quibus dominus dicit: Qui fecerit & docuerit, hic magnus vocabitur in regno cælorum. Pusilli qui simplicitatem vitæ seruant, nec altiora capere sufficiunt. Omnes enim hic generaliter comprehenduntur, quicunque in iudicium sunt venturi in gloriam. Vel magnos & pusillos possumus intelligere, reges & principes huius

1, Cor. 3.

seculi cum suis sibi in beneficiis. Hi enim omnes & iusti scilicet & perfectiores, cum simplicioribus, & principes huius seculi cum suis sibi subiectis stabunt in die iudicii. Illi quidem vt remunerentur, isti vero vt damnentur. [Et libri aperti sunt, & alius liber apertus est qui est vitæ.] Libri aperti, duo sunt testamenta quæ in iudicio aperientur, quando singuli electorum manifeste videbunt, quid ex his compleuerint, vel, quid præterierint. Alius autem liber, qui est vitæ, dominum Iesum Christum significat, qui vitam suis fidelibus tribuit. In illo enim libri, hoc est duo testamenta aperientur, quia in illo omnes actiones iusti considerabunt. Vel libri aperti, opera iustorum significant, quæ in iudicio omnibus manifestabuntur. Nunc enim abscondita sunt iustorum opera, quia humanum vitare cupientes fauorem, omne opus suum in abscondito faciunt, tunc autem manifesta luce reuelabuntur. Vnde Apostolus: Veniet dominus & illuminabit abscondita tenebrarum, & manifestabit consilia cordium, & tunc laus erit vnicuique a deo. Vel libri etiam intelliguntur consuetudinæ quæ singulis inuicem manifestabuntur, quia quicquid vitæ cogitabit, ab altero facile intelliget. [Et iudicati sunt mortui ex his quæ scripta erant in libris secundum opera ipsorum.] Id est, ex vtroque testamento iudicati sunt secū dum quod ex his fecerunt, aut non fecerunt. Vel etiam ex comparatione operum sanctorum iudicabuntur reprobij, qui quasi in expansione librorum legent bonum, quod agere noluerunt, considerantes vitam iustorum, quorum comparatione damnantur. Quapropter expectat illis vt in præsentī vitæ actus eorum considerent, & deteriores vsus conuersione immutet. Qui enim plenissime intelligere appetit, qualis est, debet nimirum tales conspiciere, qualis non est: in bonorum forma metiatur, quando ipse deserto bono deformis est, [Et dedit mare mortuos suos qui in eo erant.] Hoc prius fiet quā libri aperiantur, vt ex his mortui iudicentur secundum opera ipsorum. Quantum ad literam pertinet, mare, & omnia stagna, suos qui in eis tenentur mortuos dabunt, Cui autem dabuntur, nisi vitæ.

1, Cor. 4.

Tunc enim omnes resurrexerunt sunt quacunq; morte precepti fuerint, & quibuscunq; locis absconditi. Alius autem Mare, id est, hic mundus in fluctuatione positus, dabit suos mortuos, generaliter scilicet bonos & malos producens. Iuxta quod Apostolus dicit: Omnes enim resurgemus. Vel mortuos quos mare dabit, postumus intelligere eos, qui vitii in aduentu domini sunt reperiendi, qui vitique subito mortui vite reddentur. [& mors & infernus dederunt mortuos qui in ipsis erant] Mors diabolum significat, de quo Paulus dicit: Inuidia diaboli mors introiit in orbem terrarum. Infernus omnia membra diaboli. Vel per mortem postumus intelligere simpliciter mortem carnis. Inferni autem nomine, loca significantur tenebrarum. Et mors itaque & infernus suos mortuos dabit. Hoc est, diabolus & omnia membra eius. Vel etiam omnia loca inferni, quoscunq; per mortem corporis astrictos tenent, tunc vite reseruent. Postquam autem omnes resurrexerint. [iudicatum est de singulis.] Pro eo quod est iudicabitur. [secundum opera ipsorum.] Hoc est dabitur unicuique secundum opus suum. [& infernus & mors.] Hoc est omnia membra diaboli cum capite suo [missi sunt in stagnum ignis.] Hoc est in profundam damnationem inferni. Recte autem per infernum omnes reprobi figurantur. Vel quia ibi habitantes vna cum inferno in quo habitant, vna sunt domus: Vel etiam quia imitantes opera diaboli, nunquam saturantur malis, sicut infernus nunquam dicit, sufficit. [& qui non est inuentus in libro vite scriptus.] Hoc est, qui non est ante mundi constitutionem ad vitam predestinatus. [missus est in stagnum ignis.] Liber quippe vite, sicut supra dictum est, us diuinitatis intelligitur. id est, dei presentia, in qua qui non fuerit preordinatus, in stagnum ignis mittitur. Hoc est reproborum hominum societati copulabitur. Quod enim dicit, qui non est inuentus, nihil est aliud nisi non preordinatus. Electi autem in hoc libro scripti qui ante mundi constitutionem sunt preogniti, & preordinati. Vbi, a postolus, Quos presciuit & predestinavit. Et alibi: Sicut elegit nos ante mundi constitutionem.

Sup. 2.

Roma. 8.



I vidi celum nouum & terram nouam. [Iste predestinatione dei oportetis quae futura sunt iam transferunt, vnde hic dicit se videre celum nouum & terram nouam, atque addit.] Primū enim celū & primā terrā abiit. [Quod quater sit vel iuxta literam, vel etiam, spiritualiter intelligendum, superius dictū est. Abiit primū celū, & prima terra, hoc est, per inuolutionem immutata sunt, & pristina figura receperunt. Iuxta illud Apostoli: Præterit figura huius mundi. Verū quod sequitur. [& mare iam non est.] Verū ad literam. i. vt mare cum fluminibus exiccetur, possit intelligi, an etiam solummodo spiritualiter hoc dicitur dubium est. Terra enim aquarum conuictione subsistit, quoniam & infra & extra se aquas continet, ne naturali ariditate fatiscat, quoniam nisi aquis temperaretur, in cinerem rediret. Ideoque vtrum maximo illo ardore mare cum fluminibus siccat, an & ipsum vertatur, in melius, non facile dixerimus. Quod & si factum fuit per dei potentiam, licet arida sit terra, satis subsistere poterit. Quatuor siquidem sunt elementa, ex quibus duo sunt immutanda in melius, sicut hic dicitur, & dominus in euangelio manifestat. celum & terra transibunt. i. immutabuntur. Verū autem mare vel ignis transeat: immutetur, deus scit, licet hic legamus. Et mare iam non est. & alibi: Lumen lucernæ non lucebit in ea. Hæc enim qualiter fiant, cum illic peruenimus, melius sciemus. [Et ciuitatem sanctam Hierusalem nouam vidi descendentem de celo a deo.] Hæc ciuitas ecclesia est, quæ idcirco ciuitas appellatur, quia a multis inhabitatur, & in quatuor mundi partes distenditur, habens habitatorem deum. Hinc Paulus dicit: Templū dei sanctum est, quod estis vos. Sancta dicitur, quia quotidie per baptismum sanctificatur. Vocatur quoque Ierusalem, quæ visio pacis interpretatur, quia ad hoc laborat, vt visionem Dei in cœlestibus percipiat. Noua dicitur, quia a vetustate peccati exiuit. Peccati enim perpetratio ad veterem Adā pertinet. Et

1. Cor. 15.

Ideo dicit ecclesia a peccato originali mundatur, a vetusta te peccati ad nouitate venit, vnde Apostolus Expolians vos veterem hoïem, induite nouū, qui renouatur in agnitione dei. Idcirco autem ciuitas hac a deo descendere dicitur, quia ab exordio sui iam cum capite suo descendit, cum quo, & per quod sursum ascendit, vnde idē dō minus dicit, Nemo ascendit in cœlum &c. Aliter: In hoc de cœlo descendere dicitur, quia cœlestis est gratia, quod deus eam fecit ecclesiā, iuxta illud, Ego dominus facies te. Quicquid enim habet in fide, spe, & charitate, cæterisque virtutibus & baptismo, desuper datum est illi, vnde Iacobus, Omne datum optimū, & omne donum perfectum desursum est, descendens a patre luminum, Paratum. i. fide cæterisque virtutibus ornatam, vt mereret fieri sponsa [sicut sponsam ornatam viro suo.] Duo dicit, spōsam & virū, in quo subintelligitur vxor quia consuetudo est sanctæ scripturæ, vt sponsos appellet viros, & sponfas vxores, vnde et, Egredietur sponsus de cubili suo, & sponsa de thalamo suo, & Sephora ad Moysen, Sponsus sanguinum tu mihi es. In euangelio quoque ab angelo dicitur: Ioseph autem vir eius. Et in lege: Si inuenit vir puellam in agro desponsatam, & dormierit cum ea, morte moriatur, quia humiliatur vxorem proximi sui. Sponsa itaque nunc est sancta ecclesia, per fidē spem & dilectionē, sed tūcerit vxor quā ad amplexus viri. i. ad cōtemplationem dei omnipotentis peruenit. Quod quotidie quidē in singulis agitur electis, generaliter autem in fine complebitur, cum oēs in cōmune audierit: Venite bñdicti patris mei, &c. Ornatam dicit, i. omnibus virtutibus compositam, luxta illud Psalm. Assitit regina a dextris tuis in vestitu deaurā. [& audiit vocē magnā de throno dicentem.] Thronus hic intelliguntur angeli, & hoies sancti, in quibus habitat dominus. Ideoque hæc vox magna, vox intelligitur dei omnipotentis. Quæ iocitior magna dicit quia de magnis loquitur, dicens: [Ecce tabernaculum dei cum hominibus.] Magna est enim dei gratia. vt homines illius fiat tabernaculum, cuius magnitudinem, non capit mundus. Tabernaculum dei cum hominibus,

Id est, ipsi homines sunt tabernaculum dei. Iohannes in hoc loco typum tenet sanctæ ecclesie, quæ audit vocē dicentem: Ecce tabernaculum dei cum hominibus, quā do per internam inspirationem seipsum cognoscit esse dei tabernaculum, [& habitabit cum illis.] Id est, cum illis qui tabernaculum dei esse meruerunt. Vnde ipse apostolus dicit: Ecce ego vobiscum sum o. d. [& ipsi populus eius erunt.] Iuxta illud: Hereditas mea Israel, [& ipse deus cum eis erit.] Habitans in eorum fide & dilectione, sicut ipse dicit: Si quis diligit me sermonem meum seruabit, & pater meus diligit eum & ad eum veniemus, & mansionem apud eum faciemus. Vnde & idem Iohannes in epistola sua ait: Qui manet in dilectione, deus in eo manet. Et ipsorum deus, est omnipotens deus, cum quibus habitare dignatur, vnde Psalmista: Dominus pars hereditatis mee. Et ipse in lege loquitur, dicens, Filij autem Levi non dabitis possessionem. Ego enim hereditas illorum. Quando enim homo peccando recedit a deo, non est dei populus, nec deū possidet. Dum autem penitendo reuertitur ad deum, populus dei est, quia possidet deum, & possidetur a deo. [Et absterget deus omnem lachrymā ab oculis eorū.] Hæc verba non ad præsentem vitam luctu & lachrymis plenam pertinent, sed ad futuram, quando omnibus laetus auferetur a fidelibus & perpetuum quodammodo possidebitur, luxta illud, Beati qui lugent, quoniam ipsi cōsolabuntur. Intuendum autem, quid sit quod omnem lachrymam ab oculis sanctorum dicit auferendam, cum sufficere potuisset, si diceret, Absterget lachrymam ab oculis eorum. Sed sciendum, quia diuersæ sunt qualitates lachrymarum, quibus in hac vita affiguntur electi aliquando, s. propter timorem tormentorū, ne videlicet merito iniquitatis suæ penis tradantur vitricibus. Aliquando vero propter amorē & confortium superiorū ciuium. Postquā enim veniā peccatorū cōsequuntur, iterū incipiunt flere, non iā, quia timent dānari, sed quia desiderantur a re gno. Aliquā quoque deplorant aliorum peccata, sicut Samuel flebat Saul, eo quod penituisse dōminum, quod cōstituerit eum regē super Israel. Et sicut

Mat. 23:

Psal. 44.

Paulus flebat Corinthios, qui post fornicationē & idolo-
latrariam, non egerūt penitentiam. Omnem ergo lachry-
mam ab oculis electorum dñs abstergit, quia neq; timo-
re arctabitur poenarū, neq; iam distinetur a regno, qđ
præsentialiter possidebūt, neq; etiā aliorū peccata de-
slebunt, quia iusto dei iudicio damnatis reprobis, nullus
deinceps peccare poterit. [& mors ultra nō erit.] Post
quā enim oēs a mortuis resurrexerimus, in electis iā vl-
tra mors nō erit, neq; corporis neq; animę. Primus nā-
que homo ea lege conditus est in paradiso, vt nisi pec-
casset, immortalis mansisset, & completo electorū nume-
ro, ab illo paradiso terreno absq; mortis interuētū tran-
siret ad patriā celestē. Sic autem est conditus, vt si pec-
casset, mori potuisset. Quæ mors, qui eā per peccatū in-
currir, destructa est per domini mortem. Ideoq; locū in
electis non habet, postquam omnes ad vitam resurge-
mus, tales effecti, vt deinceps neque mori, neq; peccare
possimus. [neq; luctus,] erit in illa ecclesia, quia vt su-
perius dictum est, multis modis sit in præsentī. [neque
clamor, neq; dolor erit ultra.] Clamor in hoc loco intel-
ligitur querela prauæ suggestionis. Prius em̄ quam pec-
casset homo, in magna quiete erat, omniaq; membra si-
bi subiecta & nullo modo in aliquo repugnantia possi-
debat: sed postquam peccauit, statim clamorem prauæ
suggestionis cōtra se exurgentem sensit, vidensq; mul-
hierem concupiuit: factumq; est dei iusto iudicio, vt qui
noluit esse subiectus deo, non posset habere membra si-
bi subiecta. Hūc clamorem deinceps omnino sustinemus,
quo laborare se ostendit Paulus, dicens: Videt aliam le-
gem in membris meis & cætera. Sēper sit enim hic cla-
mor, quia semper caro spiritui resistit. Sed cum corrupti-
bile hoc induerit incorruptionem, & mortale hoc indu-
erit immortalitatē, cessabit clamor tumultuari cōtra ele-
ctos, qui eos in hac vita quiescere non sinebat. Ibi enim
cessabit omnis praua suggestio, ibi nulla erit carnis de-
lectatio. Sed & dolor post hęc nō erit, quia videlicet ca-
ro electorum ultra spinas & punctiones peccatorū pro-
quibus dolere debeat, non generabit. [quæ prima abie-
runt,] quia in præsentī seculo hęc omnia sustinent, sed

Roma: 7.

cum innouata cœli & terra fuerint, tunc electi innoua-
buntur, & nequaquā præteritis passionēs sustinebūt. Et
dixit qui sedebat in throno, i. deus omnipotēs, qui præfi-
det sæc. ecclesie. [Ecce noua facio oīa.] Ea scilicet quæ
superius dicta sunt, inter quæ etiā cœlum & terra in-
nouabūtur. [Et dicit mihi, Scribe.] In corde tuo, vel etiā
litteris commenda, vt ad notitiam perueniat posterorū.
Sed quod Iohanni dicitur, ad omnem ecclesiam pertinet
quæ in tabulis cordis carnalibus verba dei scribere vide-
tur. [Hęc verba] quæ ab initio istius libri diuinitus ti-
bi sunt ostensa: [fidelissima & vera sunt.] quia a deo
vero proferuntur, ac si diceret: Eo in cordis memoria ar-
ctius deprimātur, quæ loquuntur, quo de tota fidei sum-
ma, de tota spei fiducia proferuntur. [Et dixit mihi, fa-
ctum est.] Pro eo quod est fiet, i. complebunt omnia quæ
superius sunt dicta, siue de remuneratione iustorum, seu
de damnatione reprobōrū. Quia enim hęc omnia tem-
pore suo pro certo complebunt, quasi iam facta sint dei
omnipotentis voce firmantur, in cuius præsentia om-
nia futura presentialiter manēt, vnde est, Qui fecit quæ
ventura sunt, [Ego sum alpha & ω, initium & finis.]
Non quod initium habeat in tempore vel finem, sed quia
ab illo cuncta sumpserunt initium, & in ipso resument
terminum. De quibus satis supradictum est. Quod autē
dominus hoc iam tertio per angelum in hac apocalypsi
ita nomen suum inculcat dicens: Ego sum alpha & ω,
duo per hoc factum, quædam nobis insinuat, vnum scilicet
per quod intelligamus, neq; ad angelū proprie, ne-
que ad Iohannem pertinere, quæ in hac reuelatione con-
tinentur, aliud vero quod scire possimus, ipsum esse deū
ante tempora & hominem in fine seculorum. [Ego si-
tientibus dabo fontem aquę viuę gratis.] Sitientibꝫ, id
est, æstuantibus iustitiam, promittitur fons aquę. De
quibꝫ dñs dicit: Beati qui æsturiunt & sitiant iustitiam.
Fons autem aquę viuę, inseparabilis trinitas intelligit. Mat. 5.
Pater em̄ fons, filius fons, spiritus sanctus fons. Vnde
de Psalmista dicit: Apud te est fons viuę, sitientibus er-
go deum, seipsum dabit in remunerationē, in cuius con-
templatione erit refectio æternæ satiētatis. Quo fonte

Pfal. 47. Psalmista fatiari desiderans, dicebat: Sitiuit anima mea ad deū fontem viuū. De quo fonte dicit, qui hiberit, vltam habebit. Habendo enim deum, habebit vltam eternam, quæ est deus. vnde ipse dicit: Hæc est vita æterna & cætera. Gratis iste fons datur fidelibus, hoc est, sine vllis præcedentibus hominum meritis. [Qui vicerit,] diabolū tentamēta, inuentuā carnis suę, aduersitates prauorū hominū [possidebit hæc] quæ superius dicta sunt, id est, deum omnipotentem, carnis immortalitatem & incorruptionem. [& ero illi deus,] id est, æterna satisfactas & remuneratio. [& ipse erit mihi filius,] qui credendo in deum efficiuntur fideles dei. Hic quidem per fidem, illic autem per manifestationem. Vnde idem Iohannes in epistola sua ait: Charissimi nunc filij dei sumus, & nondum apparuit quod erimus. Scimus autem, quia cū apparuerit, similes ei erimus, & vid. e. f. est. [Timidos autem & incredulos & execratis & hominidus.] Timidos possumus eos intelligere, quia voluntas erat vt crederent in Christum, verum videntes diuersa tormentorum genera, fidelibus præparata, timore cōcussi recedebant a fide Christi. Quidam autem etiā post fidem Christi, & baptismum, vel terroribus cōcussi, vel blandimentis illecti, timentes pœnas recedebant a fide. [Quorum pars erit in stagno ardenti.] Id est, in damnatiōe perpetua. Sunt etiam timidi in pace ecclesiæ, qui metu principum & secularium hominum bonum operari metuunt. De talibus dicitur: Illic trepidauerunt timore vbi non erat timor. Cum incredulis, id est, cū paganis, & cum execratis, id est, cū incredulis iudeis, vel falsis Christianis, qui sunt execrandi adeo, id est, valde abominabiles, vnde est: Virum sanguinum & dolosum abodo. Et cum homicidis, id est, quocumque modo hominem interficientibus, vel odio seipfos iugulacibus, vnde est: Qui odit fratrem suum homicida est. [& fornicatoribus,] id est, cum idolis seruientibus, seu immunditiam carnis sectantibus, vel etiam plus creaturam quam creatorem diligentibus, & diuitias vltra modum amantibus, vnde Paulus: Et avaritia quæ est idololorum seruitus, [& veneficis,] id est, magis, qui incantationes peragebant. Siue etiam veneficos, id est, maleficos, possumus eos intelligere, qui hūana potestate alii dñantur, vnde in euangelio, Reges gentium dominant eorum, & qui potestate habent super eos, venefici vocantur. i. malefici. [& idololatriis,] qui simulacra hominum mortuorū, vel etiam imagines rerū quarūdam, pro deo venerant. [& omnibus mendacibus,] Nominatis superius per ordinē singulorum autoribus vitiatorū, ad extremum intulit, & oibus mēdacibus: vbi cum dicit omnibus, ostendit multa esse genera mendaciorum. Nā beatus Augustinus octo dicit esse genera mēdaciorum, sed tamen nullū est mendacium quod peccato careat, vnde scriptum est: Os quod mentitur, occidit animā. Et iterū, Perdes oēs qui loquuntur mendacium. Nōnulli em̄ dicunt non esse peccatū, si pro veritate aut iustitia pferūt mendacium, sicut legimus factum in Ægypto de obsecratoribus, quæ ad Pharaonē reuersæ, & increpatæ cur vificarent paruulos, quos iustæ fuerant interficere mētiaz sunt dicentes: Non sunt Hebrææ mulieres sicut Ægyptiæ, sed ipse habent obsecratiōis conscientiam. Vnde & scriptura refert, Quamobrē ædificauit illis deus domū. Nūquid ergo peccatū fuit illud mēdacium, pro quo mercedē accepit a deo? Fuit quidem peccatū, sed tamen opere misericordiæ est purgatum, vnde & deo edificauit illis mansiones, id est, multitudinem filiorū dedit illis, quia aliorū filios viuificauerant. Similiter legimus factum & in Raab meretrice, quæ nuntios Iosue abscondit, & inquirētes de eis respōdit: Fateor quidem, venerunt ad me, sed cum clauderetur porta, & illi pariter exierunt. Quia opus misericordiæ circa eos exhibuit, & a morte eos liberauit, postea meruit pertinere ad vnus dei cognitionem, & inter Israëlitas connumerari, quia p̄ctm̄ illud mendacij purgauit opus pietatis & misericordię. Pietus enim fuisse si eos perderet ad mortem, quā quod eos negauit, & mēta est. Vnum sane debemus retinere, nullum genus mendacij inultum remanere, quod hic laxatum non fuerit poenitentia, aut aliquo pietatis opere. Omnium enim istorum, qui sunt superius connumerati, [pars eorum erit in stagno

z iij

ardenti, & sulphure,] id est, in profunda inferni damnatione, ubi sunt simul ignis & sulphur. [quod est mors secunda.] id est, corporis & anime. Prima enim mors fit in anima per peccatū, secunda autem intelligit in anima & corpore. Sequitur. [Et venit vnus de, VII. angelis habentibus phialas plenas, VII. plagis nouissimis.] Per septē angelos sicut superius dictū est, vel vniuersalis ecclesia intelligitur, vel omnes prædicatores, ppter septiformē spiritum quo ecclesia infunditur & doctores erudiuntur. Sæpe enim dictum est septenarium numerum vniuersitatem ostendere, quia omne præsens tēpus VII. diebus voluitur, vnus ergo ex, VII. angelis qui ad Iohannem venit intelligitur dñs Iesus Christus, qui est secū dum prophetam magni consiliū angelus. i. nuntius patēnz voluntatis, vnus est ex angelis, quia caput est omnū electorum, & per assumptionem hūanitatē illis est conuñctus in vtero virginis. Venit ergo per incarnationis mysteriū, qui vbiq; erat per diuinitatis potentiam Iñ angelis, hoc est prædicatores quorum caput est Christus, habent phialas plenas, VII. plagis nouissimis hoc est ipsi sunt pleni diuina predicatione, qua quidam auditorū vulnerant ad salutē, quidā autem ad sui perniciem. Bene autem ipsæ plagæ nouissimæ dicuntur quia in nouissima huius seculi hora. i. ab incarnatione domini vtiq; ad finem mundi immittuntur. [& locutus est mecum, dicens: veni ostendam tibi sponfam vxorē agni.] Iohānes in hoc loco significat ecclesiam, cui loquitur deus per occultā inspirationem in mēte dicens, veni passibus fidei, & passibus amoris, & ostendā tibi sponfam vxorem agni. i. tibi ipsi manifestabo, qualis nunc super fidē, & qualis postea futura es cum ad dei veneris contēplationem. Duo autem dicit, sponfam & vxorē quia sicut superius quæ nunc est spōsa per fidem & dilectionem, erit tū vxor, cum ad amplexus sui peruenierit viri: vir enim ecclesiæ deus est, vnde Salomon dicit: Non est vir in domo sua. [& substulit me in spiritu in montem magnum & altum.] Hic manifeste ostenditur, quod Iohānes nō corporeis oculis hanc inuitus est visionē, sed spiritū hoc est mentis oculis ad contēplanda ecclesia my-

steria est eleuatus: Mons magnus & altus, in quo dicit se eleuatum, Christus intelligitur. De quo Daniel dicit, Quia lapis præcificus de mōte sine manib; ereuit in mōtem magnum, & repleuit vniuersam terrā. Ipse quoq; de se dicit: Non potest abscondi ciuitas supra montē posita. Magnus est iste mons, quia totum mundum replet: Altus, quia ita est homo, vt sit etiam de; verus. De hoc monte Isaias dicit, In nouissimis diebus erit mōs domus dñi præparatus in vertice mōtium, id est, Christus princeps omnium electorum. Quamobrem? quia angel; & mons Christus, & in Iohanne ecclesia intelligitur, angelus Iohannem ducit in montem hoc est Christus ecclesiam suam super semetipsum cōstituit. Recte ergo Christus & angelus & mons dicitur, quia nuntius ecclesiæ apprensus ad ecclesiem patriam inuitat electos, & ipse eandem ecclesiam super se portando ad ecclesiam subleuat. [& ostendit mihi ciuitatem sanctam Hierusalē descendētem de celo a deo habentem claritatem dei.] Ciuitas ecclesia est, deum habēs habitatorem. Quæ sancta dicitur, quia quotidie per baptismū sanctificatur Ierusalē quia ad hoc laborat, vt ad visionē patriæ celestis perueniat, De celo descēdit, quia omne quod habet bonum cœlestis datū est illi per dei gratiā, vnde Iacobus, Omne datum optimū, & omne donū perfectū desursum est, descendens a patre luminis. Vel etiā sicut supra dictū est, in capite suo descēdet de celo, quia eā in vtero virginali coniuñxit. Vnde Apost. Despōsauit sibi Christus ecclesiam non habētē maculam aut rugam. Claritatem dei habet, quia a filio dei illuminatur, qui illuminau omnem ho. ve. in h. mūdum. Vnde & ipse A postolis dicit Ego sum lux mundi, vnde sequitur: [& lumen eius simile lapidi precioso tanq; lapidi iaspidis.] dicitur, quia dum electos suos illustrat eterne viriditatis pabulo natrielapis enim iaspis, viridis est coloris, & ideo non inuenienter per lapidem iaspidem, vñso intelligitur sanctæ trinitatis, ad quam animæ sanctorum pertingere desiderant, veluti animalia virentia quæq; perquirunt. Hinc ipse dicit: Per me si quis introierit saluabitur, & ingredietur per fidem, & egredietur a fide ad spem,

& pacifica inueniet aeternæ satisfactio. Vnde & Psalmista dicit: Dominus pacificus me, & nihil mihi deerit, in loco pacificæ ibi me collocauit, [sicut crystallum]. Per crystallum vero intelligitur præmium supernæ remunerationis, quæ in ipsa visione dei complebitur. Quasi enim aqua in crystallum vertitur, dum præmium ex aqua & spiritu renatorum ipsa dei contemplatio efficitur. Nam & si bene perpendimus, quod significat lapis, hoc & crystallus, quia remuneratio sanctorum nihil aliud erit, nisi presens dei vultus. [Et habebat murum magnum & altum.] Murus ecclesiæ, est Christus, de quo Isaias ait, In illa die cætabitur canticum istud in terra Iuda, Urbis fortitudinis nostræ Sion, saluator ponetur in ea murus. Ipse est etiam magnus, de quo Psalmista: Dominus in Sion magnus. Altus quoque est, quia a patre super omnia sublimatus, & deus quoque etiam per humanitatem est constitutus. Ipse quoque est murus, hoc est defensio, & protectio ecclesiæ sue. Vel etiam murus generaliter, ipsa ecclesia intelligitur quæ murus appellatur propter firmitatem fidei & constantiam virtutum. Magnus est iste murus, quia ecclesia ex multis constat fidelibus, & per quatuor mundi climata dilatatur. Altus quoque est, quia corpore inhabitat terram, mente autem possidet cælum. De quo bene subditur, [habebat portas, xlii.] Per, xlii. quippe portas, xlii intelligitur apostoli. Et per, xlii. apostolos, ois ordo doctorum, per quorum ministerium intramus ecclesiã. Ipsi enim nos baptizant, & docentes per fidem ecclesiæ portam nos introducit. De quibus adhuc subinfertur [& in portis angulos duodecim.] Id est in apostolis omnes doctores subieci, sicut fuit presbyteri, & ceteri minoris ordinis ecclesiæ præpositi qui & si magna non valent, tamen minora quæ acceperunt, fidei pulpulo nuntiare non desistant. De quibus in Zacharia legitur: Labia sacerdotis custodiunt scientiam, & legem requirunt ex ore eius, quia angelus domini exercituum est. In quodam ergo portis, duodecim anguli consistunt, quia doctores ecclesiæ, fidem & vestigia apostolorum sequuntur. [Et nomina scripta quæ sunt nomina duodecim tribuum filiorum Israel.] Filios Israel non debemus in-

telligere carnaliter duodecim filios Iacob, quorum fuit reproba vita, sicut scriptura manifestat, sed patres spirituales ex eius progenie descendentes, sicut fuit Isaias, Ieremias, ceterique prophete, quorum nomina scripta sunt in portis, quia memoria illorum in fide continetur apostolorum. Quod enim isti annuntiant factum, illi prædixerunt futurum. Quia ergo eadem quæ illi prædixerunt annuntiant, memoriæ illorum in suis cordibus, se habere insistant demonstrant. Siue etiam in duodecim filiis Israel, possumus intelligere omnes gentes, sicut in duodecim apostolis intelligimus omnem ordinem predicatorum. In duodecim ergo portis nomina duodecim filiorum Israel scripta sunt, quia in fide & dilectione Apostolorum, omnes gentes consistunt. Hinc Paulus dicit: Epistola nostra vos estis scripta in cordibus nostris. [ab oriente portæ tres.] Per orientem populum intelligitur Iudæorum, de quo Christus est exortus, qui est verus sol iustitiæ illuminans corda credentium. Ibi enim fuerunt primum portæ tres, hoc est fides sanctæ trinitatis, in illis primò annunciata est a prophetis & ceteris iustis, qui per spiritum illuminati, fidem sanctæ trinitatis cognouerunt, vnde Isaias dicit, audisse se Cherubin clamantia, Sanctus, Sanctus, Sanctus. Sed quia in trinitate personarum intelligitur vna maiestas, cum pluraliter præmississent: Sanctus, sanctus, sanctus, vnitatem substantiæ attendentes adiungunt, dominus deus sabaoth. Similiter & Psalmista premitens; Benedicat nos deus pater, benedicat nos deus filius, benedicat nos deus spiritus sanctus, trinitatem personarum conuertit ad vnitatem maiestatis, dicens: Et meruant eum omnes fines terre. [ab aquilone portæ tres.] Per aquilonem intelliguntur gentes, in figura infelicitatis, & ignorantie positi, sicut fuerunt patres nostri. Ibi quoque sunt portæ tres, quia & gentes per doctrinam apostolorum ceterorum quæ predicatorum edocti, fidem sanctæ trinitatis acceperunt. Et bene quidem primum ab oriente portæ tres, deinde ab aquilone commemorantur, quia prius Iudæi crederent, deinde gentes, qui ante erant in aquilone, qui est frigidissimus & durissimus ventus, habentes diaboli,

qui dicit, ponam sedem meam ad aquilonem. [& ab austro portat tres.] Per austrum claritatem fidei intelligimus, quæ in toto orbe terrarum lucet: quia dum sol in austro, i. in medio centro, cæli figitur, totum mundum illuminauit, significans Christum, qui luce fidei claritatis sue illuminat universam ecclesiam. In austro itaque portat tres sunt, quia fides sanctæ ecclesiæ splendore sanctæ trinitatis illuminatur, baptizata in nomine patris & filij & spiritus sancti. [& ab occasu portat tres.] Per occasum novissimam mundi ætatem accipiamus, in qua per Eliam & Enoch, cæterosque prædicatores, eadem fides sanctæ trinitatis per quadripartitum orbem diffundetur, Iudeos atque gentiles pariter complectens. Duodecarius enim numerus portarum, qui per quatuor mundi partes sub ternario comprehenditur, ad ministerium pertinet duodecim apostolorum, per quos fides sanctæ trinitatis, per quadripartitum orbem diffusa est. [Et murus civitatis habens fundamenta duodecim.] Murus ipsa est civitas, quæ habet duodecim fundamenta, quia in apostolorum & prophetarum doctrina consistit. Quorum fundamentorum fundamentum Christus est, de quo Paulus dicit, Fundamentum aliud nemo potest ponere præter id quod positum est, quod est Christus Iesus. Quando enim singulariter fundamentum enuntiatur, ipse Christus intelligitur, super quem omnis ædificatio ecclesiæ constituitur: Quando enim pluraliter, patriarchæ, apostoli, cæterique doctores. Vnde idem Apostolus dicit iam non estis hospites & advenæ, sed estis cives sancti et domestici dei super ædificati super fundamentum apostolorum & prophetarum. Sic ergo fundamentum apostoli cæterique doctores intelliguntur, in vno fundamento Christo fundati: ipse enim est fundamentum fundamentorum, sicut est rex regum, & deus dominantium. Ad hoc enim pertinet, quod etiam nominis fundamentis, agni nomen non solum, sed ait, [& in ipsis duodecim nomina duodecim apostolorum & agni.] Et in ipsis fundamentis, hoc est fide patriarcharum & apostolorum, nomina duodecim apostolorum, quia videlicet quisquis in ecclesia regimen suscipit, locum apostolorum

Ephesi. 2

eenet, quorum doctrinam & actus imitatur. Et ut absolutius hoc sit, dicamus fundamenta, patriarchas esse & prophetas, in quibus nomina duodecim apostolorum sunt, quia fidem quam pepererunt apostoli, habuerunt & illi: & quem isti crediderunt in carne venisse, illi prænantiauerunt venturum. Hinc Psalmista dicit, Fundamenta eius in mont. san. Mōtes quippe ipsi sunt patriarchæ & prophætæ, super quos novi testamenti doctores fundantur, quia eorum fidem imitantur. Tanquam scilicet fundamentum super fundamenta, quia & ipsi mōtes fundamenta esse noscuntur. [Et qui loquebatur mecum, habebat mensuram harundineam auream, ut metiretur civitatem.] Hic angelus ipsum filium dei tenebat, quia omnia mensura & numero disponit. Nam per harundinem, diuinam debemus intelligere prædicationem. Quia enim harundine scribitur, recte per harundinem scriptura sancta intelligitur, ab efficacie videlicet illud quod efficitur. Hac itaque harundine, id est diuino eloquio tangit & illuminat: deus corda fidelium, ubique perpendit & metitur facta singulorum, atque profectus dum alij tribuit sermonem sapientie, alij genera linguarum &c. Quæ mensura harundinea aurea dicitur, propter claritatem diuinæ sapientie, quæ in plerisque locis auro figuratur. Vnde est, Accipite sapientiam sicut aurum. Hac itaque harundine metitur civitatem. Et est universalem ecclesiam. [& portas eius.] Id est, doctores & præpositos ecclesiæ. [& murum.] Civitatis, in quo nihil aliud, quam ipsa civitas intelligitur. [& civitas in quadro posita est.] In quadra figura, non aliud latius minus est, aliud minus, sed cuncta simul quatuor latera, quæ in spatio tenduntur. Per hæc autem quatuor latera, debemus intelligere, spem, fidem, charitatem & operationem, quæ æqualia sunt: quia vniuersique fidelis quantum credit, tantum sperat, tantum amat & operatur. Si milititer quantum sperat, tantum credit, tantum amat & operatur. Iterum, tantum amat quantum credit, quantum sperat, quantum operatur. Tantum operatur, quantum credit, quantum amat quantum sperat. Bene autem ecclesia in quadro posita esse memoratur, quia est ro-

Psalm. 36.

busta per fidem longanimis per spem, ampla per charitatem, efficax per operationem. Habent etiam singuli fidelium fidē, quia credunt que videre non possunt, deū scilicet trinum in personis & vnum in maiestate. Habent & spē, quia sperant posse se perungere ad illud quod necdū vident. Habent quoque charitatem, id est & proximi dilectionē. Quibus virtutibus, vt perfecta sic vita illorum, adiungitur operatio, sine qua fides mortua est, vnde iacobus apostolus: Fides sine operibus? otiosa est. Siue etiam per quatuor latera ciuitatis, postquam intelligere quatuor virtutes principales, prudētiam videlicet temperantiam, fortitudinem, atque iustitiam. Quae ita debent esse in electis, vt vna alteram non excedat. Prudentia quippe est scientia in appetendis bonis & vitandis malis. Cui debet coniungi res coequari temperantia, quia non est perfecta prudentia, nisi studeat homo semetipsum temperare, & a voluptatibus suis seculi retrahere. Quod cum fecerit, debet habere fortitudinē, vt illud quod intelligit, opere perficiat. Deinde etiam debet possidere iustitiam, quatenus actus suos ita temperet, ne nimis iustus, & plusquam oporteat sapiens sibi videatur. [longitudo eius tanta est quanta & latitudo.] Repetit quod supra dictum est, quia quadrata figura ex omni parte æqualis est. Tanta est itaque longitudo quanta & latitudo: quia quanta est fides, tanta est spes charitatis, tanta nihilominus & operatio. Quantum enim credimus, tantum amamus, & quantum amamus, tantum de spe præsumimus, & in quantum per spem ad supererigimur, tantum per dilectionem circa deū & proximum extendimur, tantumque ipsam fidem, spem & charitatem operibus exornare studemus. Similiter vnusquisque tantum prudens est, quantum temperans fortis & iustus. Tantum temperans, quantum prudens fortis & iustus. Tantum fortis, quantum prudens temperans & iustus. Tantum iustus, quantum prudens temperans fortis fuerit. & mensus est ciuitatem de harundine aurea per stadia duodecim milia. Iam ciuitas ecclesia intelligitur, harundo doctrina euāgelica. Porro per stadia duodecim milia omnes exprimuntur laborantes in eo-

Iacob. 2.

ecclesia. Per stadium quippe illud intelligitur quod in stadio agitur, id est, per locū labor & præmiū laborantiū. Hinc Paulus dicit: Nescitis quod hi qui in stadio cur-
runt, omnes quidem currunt, sed vnus accipit brauium. 1. Cor. 9.
Laborant itaque electi in stadio, hoc est, in labore præsentis vite, vt brauium supernæ retributionis possint percipere. Nam & per duodecim milia, summa electorum exprimitur. Duodenarius enim numerus idcirco perfectus habetur, quia ex denario & binario constat. Denarius pertinet ad decem præcepta legis: Binarius ad duo dilectionis præcepta, in quibus tota lex pendet & propheta. Siue idcirco perfectus habetur, quia ex partibus septenarij conficitur quæ sunt tria & quatuor. Ternarius enim ad fidem sanctæ trinitatis refertur. Quaternarius ad quatuor euangelia. Mille-narius quoque perfectus numerus ostenditur, quia denarij numeri quadratum solidum reddit. Decies enim centeni, sunt mille. Atque idcirco millenarius numerus perfectus est. Vnde dicitur. Verbi quod mandauit in mille generationes, per quas generationum vniuersitas exprimitur. Quia igitur duodenarius siue millenarius numerus in sacro eloquio pro perfectione ponitur, recte in duodecim millibus summa perfectionis illorum exprimitur, qui decalogum legis cum dilectione dei & proximi implent, fidemque sanctæ trinitatis custodiunt, & hoc secundam autoritatem quatuor euangeliorum. Hos metitur Deus omnipotens harundine, quia vnicuique secundum capacitatem sui intellectus distribuit doctrinam scientię. Omnes tamen quos tangit in his quæ acceperunt perfectos ostendit. Et vnusquisque quod non accepit in se, per charitatis studium possidet in altero: vt ex multis membris vnum efficiatur corpus. Vel, sicut supra dictum est, alij tribuitur sermo scientiæ, alij genera linguarum &c. Et hi licet non æqualiter, quia vt dominus dicit, in domo patris mei mansiones multæ sunt, tamen omnes superne remunerationis præmium percepturi sunt. Sed cum miro consilio autor & dispensator noster huic illa largiatur, quæ alijs denegat, extra mensuram harundinis egredi-

Iohan. 14

non videtur. Quisquis posse plus quā accepit conatur,
inde plerunquē amittit & hoc quod poterat, quia auda
cter ea quæ contingere non valet, arripere festinat. Nā
& membrorum nostrorū tunc ministeris bene vtimur
cum sua eis officia distincta seruiamus. Lucē enim ocu-
lis certimus, vocem vero auribus audimus. Si quis au-
tem mutato ordinē, officia deserit, ad aliena non assur-
git. [& longitudo & latitudo & altitudo eius equalia
sunt.] Hęc est illa soliditas quadrata figura, de qua su-
perius dixit, Et ciuitas in quadros posita erat. Longitu-
do pertinet ad fidem, altitudo ad spem, latitudo ad cha-
ritatem, de qua scriptum est, Latum mandatum tuum
nimis. Siue etiam longitudo pertinet ad longanimita-
tem, altitudo ad contemplationem. Latitudo sine dubio
charitatem designat, quæ intantum lata est, vt non so-
lum ad amicos, sed etiam vsque ad ipsos perueniat in i-
micos. Iuxta illud, Diligite inimicos vestros, benefacite
his qui oderunt vos. Longitudo itaque ciuitatis, & la-
titudo atque altitudo eius, equalia sunt, quia quantum
patiens fuerit mens per longanimitatem, tantum lata
erit per amorem. Et quantum patiens fuerit per longa-
nimitatem, quantumque lata per amorem, tantum erit
& alta per contemplationem, vnusquisque ad altiora
per contemplationem erigitur, in quantum semetip-
sum humiliat in toleranda mala proximorum. Longi-
tudo itaque ecclesie latitudo, & altitudo equalia sūt,
quia in quantum longanimitas est inter aduersa, intantum
charitatis erga omnes dilatata, intantum est fuit, quia
alta per contemplationem. [Et mensus est murus eius
centum quadraginta quatuor cubitorum.] Hęc summa
quadraturam duodenarij numeri continet. Duodecies
duodeni, centum quadraginta quatuor sunt. Centena-
rius numerus, perfectionem significat. Vnde in euange-
lio dominus, Qui reliquerit domum, vel fratres aut so-
cōs, vsque, centuplum accipiet id est, perfectionem men-
tis consequetur, vt ea quæ amisit semel, ultra repetere
nolit. Quadragenarius quoque numerus in scriptura
sacra multimoda ratione habetur perfectus, siue propter
domini ieiunium, quadraginta diebus peractū, siue pro

Lucygo
2migo

pter decalogum legis, & quatuor euangelia, in quibus
perfectio decalogi continetur. Quaternarius simi liter
consecratus est, propter quatuor flumina paradisi, vel
quatuor libros euangelij, seu etiam propter, qua-
tuor mundi partes, vel quatuor virtutes principales.
Quia autem in cubitu manus est, recte per cubitū ope-
ratio manus exprimitur. Muri autem, ipsa est ciuitas.
Mensus est itaque angelus, muros ciuitatis centū qua-
draginta quatuor cubitis, quia omnipotens deus perpen-
dit & considerat, quantum singuli electorum, per auto-
ritatem quatuor euangeliorum laborant in legis decalogo,
quantumque perfectionem mentis consequuntur,
vt ad societatem angelorum peruenire possint, vnde se-
quitur. [mensura hominis quæ est angeli.] Quātum ad
literam pertinet, hic ostenditur ipsum angelum, qui hęc
ostendebat Iohanni in figura hominis apparuisse, quan-
tum autem ad altiore pertinet intellectum, mensura
hominis, quæ est angeli, ante legitur recte ipse angelus
qui ecclesiam metitur, quia videlicet gloria angelorum
& hominum in cœlesti beatitudine equalis erit, vnde
in euangelio ipse dicit: Neque nubent neque nubentur;
sed erunt sicut angeli dei in cœlo. Vel ideo mensura ho-
minis, quæ est angeli, dicitur, quia quor angeli remanse-
runt in cœlo post casum archangeli, tot homines de ter-
ra sunt ascensuri in cœlos [& erat structura] id est, di-
ficatio, [muri eius ex lapide iaspide.] Iaspis lapis viri-
dis est coloris, atque dominum Iesum Christum signifi-
cat, quia est refectio sanctorum animalium. In contem-
platione enim dei omnipotentis, erit summa electorum
perfectio, & æterna satietas iuxta illud Psalmista: do-
minus pascit me & nihil mihi deerit, in loco pascue ibi
me collocauit. Siue etiā per lapidem iaspidem, electi ex-
primuntur, quorum fides nunquam marcescit, sed in vi-
riditate operationis cōstat. Ex lapide ergo iaspide stru-
ctura ciuitatis efficitur, quia prius in ecclesia fundamē-
tum Christi constituitur, cui etiam omnes fideles super-
ponuntur. Iuxta illud Apostoli: Ad quam accedentes la-
pidem viuum, & ipsi tanquam lapides viuī superædi-
ficamini domos spirituales. Nam sicut in muri ædifi-

1. Petri. 2.

catione primo ponitur lapides magni, & quadrati, qui alios super se positos portant, qui & ipsi iterū alios portant, sicque omnis ædificatio construitur vsquequo ad vltimum lapidem perueniat, qui eā portetur ab omnibus, ipse neminem portat, ita in fundamento ecclesiæ primo positi sunt apostoli, deinde martyres, deinde cōfessores, virginis viduæ, cæteri que sancti, qui se omnes inuicem portant, passionis suæ menti sibi libentissime tolerantes. Iuxta illud Apostoli: Alter alterius onera portate. Vel etiam exemplo semperis inuicem fouentes, & ita agit vsque ad finem seculi quādo vltimus, electus in nouissimo culmine huius ædificatio ponetur: qui cum portetur ab omnibus retro se præcedentibus, ipse tamen nō habebit quem portare possit, quia in ipso omnis ecclesiæ consummabitur ædificatio. Est vero Christus & fundamentum & consummatio ecclesiæ, qui est initium & finis. [Ipsa vero ciuitas aurum mundum, simile vitro mundo.] Per aurum claritas intelligitur celestis, de qua dominus dicit: Accipite sapientiam sicut aurum. In vitro vero puritas cordium intelligitur. Nā ex cæteris metallis, si conficitur aliquid vas, quicquid intrinsecus ponitur, extrinsecus minime videtur. In vitro autem, quicquid interiori ponitur, totū exteriori perspicitur. Atque ideo per vitrum puritas designatur cordis omnium sanctorum, quæ inuicem in celestis beatitudine omnibus mani festabitur. Hæc enim verba nō ad præsentem ecclesiam referri possunt, in qua singulis singulorum conscientia oscultæ sunt, sed ad futuram, quā do veniente domino qui illuminabit abscondita tenebrarum, singulorum conscientia cunctis manifestabitur. Quicquid enim cogitatum fuerit ab aliquo, totum videbitur ab altero, sicque vnusquisque tunc erit conspicibilis alteri, sicut nunc esse potest conspicibilis sibi. Vel per aurum sicut dictum est, intelligitur sapientia supera. Per vitrum vero puritas fidei. Nam in vitro sicut dictum est quicquid ponitur interiori, totum videtur exteriori, & per hoc puritas fidei designatur, quam sancti tenentes corde manifestant etiam ore. nec quicquam intus agit per simulationem, quod non videat

ter exteriori per puram oris & operis confessionem [& fundamenta muri ciuitatis omni lapide pretioso ornata.] Fundamenta ciuitatis, id est, ecclesiæ, sunt patriarchæ, prophetæ & cæteri prædicatores, super quorum doctrinam vel exempla, consistat ecclesiæ structura. Quæ fundamenta oī lapide pretioso, id est, oibus virtutibus, fide scilicet, spe, charitate, hospitalitate, ieiunio, abstinence, cæterisque sunt ornata, bonorum actuum operibus. Siue etiam lapides pretiosos intelligat omnes imitatores illorum, qui in ædificio ciuitatis positi sunt, ipsamque ciuitatē moribus & vita exornat. De his lapidibus dominus per prophetam dicit, Ecce ego sternam per sortinē lapides tuos, & fundabo te in sapphiris. vnde sequitur. [Fundamentum primum iaspis.] Qui lapis vt superius dictum est, v. r. id est, coloris, atque ideo non incongrue dominum significat, qui est pabulum & refectio omnium electorum, ipse est primum fundamentum ecclesiæ, quia vt Apostolus dicit: Fundamentum aliud nemo potest ponere præter id quod positum est, quod est Christus Iesus. Significat quoque & electos, quorum fides nunquam marcescet, sed semper in operationis virore perseuerat. [Secundus sapphirus.] Lapis sapphirus in sua natura, nequaquam pretiosus est, sed in mysterio valde præclarus inuenitur, quia videlicet acreum colorem retinet, atque ideo sanctos significat, qui celestia mente petunt, dicentes cum Apostolo, Nostre conuersatio in celis est. [tertius calcædonius.] Calcædonius lapis multo est vilior, quam sapphirus in natura, sed in mysticis sensibus valde inuenitur, quia videlicet acreum colorem fortissimæ naturæ, adeo vt omnium scilpentiū argumentis resistat, atque ideo significat sanctos, qui inuictissimi sunt inter aduersa huius seculi. Quorū vnus dicit: Quis nos separabit a charitate Christi? Et iterum Certus sum, quia neque mors, neque vita, neque angeli & cætera, poterunt nos separare a cha. Christi, & tales bene in fundamento ecclesiæ constituuntur, quia aliis exempla fortitudinis præbent, vnde & idem auditoribus suis dicit, Imitatores mei estote sicut & ego Christi. Habet quoque idem lapis similitudinē lucernæ pallens.

Galat. 6.

Philip. 1.

1. Cor. 5.

eis. & in hoc humilitate sanctorum significat, qui in præ-
fenti vita paucissimi habent, quia despiciuntur, contemnum-
tur, & ueniunt in nihilum reputantur. Attamen ipsi obse-
ro loco locant, aliiq; lumen scientiæ atq; ardoris demō-
strant. Vnde & ex vno illorum dicitur: Ille erat lucer-
na ardens & lucens ardens videlicet nō de & dīctōne,
lucens verbo & opere. quatuor smaragdus. Smarag-
dus preciosus lapis est in sua natura, seu piosior in ele-
ctorum ngura. Qui lapis caute uiriditatis est, vt omne
vniorem herbaru superet, & ære etiā circumfusum vni-
dem reddat. Red ut etiā imagines aspicientium si mo-
les eius fuerit ampla. Cuius lapidis genera sunt multa,
sed preciosissimi smaragdini lapides reperiunt in Scy-
thia regione deserta, quos tamē custodiūt gryphes, aut
malia terribilia & ferocia, quæ corpus habent leoninū,
pedes autem rostrum, & alas, vt aquila: ideoq; per ter-
ram currunt vt leones per aera volāt vt aues. Quæ be-
stia custodit ipsam deserti regionē, & seruant ipsos la-
pides, non quod ipsæ in suam eos cōuertant vtilitatem,
sed hominibus eos auferunt. Cum quibus Arimaspi, ho-
mines vnum ocula habentes, bellum gerunt, ipsosq; la-
pides eis auferunt. quæ res pulchra in fe continet mys-
teriu. Lapis quippe smaragdus, qui (vt dixim⁹) nimis est
viriditatis, Christum significat qui pascua æternæ rese-
ctōnis suis daturus est fidelibus. Porro desertum illud
in quo lapides reperiūtur, significat corda sanctorum, qui
se a terrenis & huius mundi curis longe faciunt, vt in
secreta cordis sui quiete cōseruare possint. Vnde vnus
eorum dicit: Ecce elongaui fugiens, & mansi in solitu-
dine. In quorum cordibus inuentur lapis smaragdus, q̄a
in ipsis habuit Christus. Sed assunt gryphes, id est, ma-
ligni spiritus, qui Christum nituntur tollere fidelibus,
non quod ipsi cum habeant, sed cauda inuidentiæ homi-
nibus eum auferunt. Sed sunt Arimaspi vnum oculum
habentes, id est, electi vnum oculum mentis possidentes
qui bellantur cum gryphis, hoc est, cum malignis spi-
ritibus, Christumque sibi rapiunt, qui est lapis precio-
sus, Et vt dominus designatur per hunc lapide, ita elec-
ti, quorum fides nunquam marcescit. Nā & ipsi in fun-

damento ecclesiæ ponuntur, quia alios & ex ep̄lo & do-
ctina erudiunt, & in Christi doctrina confortant. [quin-
tus sardonius.] Sardonius compositum est ex sardio &
onyche, cuius genera plurima sunt, sed preciosior tribus
coloribus distinguitur in modum vt sextus quia in sub-
teriori parte habet nigrum colorem, in medio rubicun-
dum, in superiori candidum. Vel aliter: Primā partē ha-
bet nigrum, mediā candidam, superius rubeam, signifi-
cans sanctos, qui nigri, id est, despecti, cōtempribiles, &
abominabiles videntur, sed tamen inuouunt per gratiā
Christi, semper splendore fidei irradiantur ab eo, vt si
necessitas ingruerit, etiā per charitatis officii propriū
sanguinem non solum pro amicis, verum etiam p̄ ipsis
fundere non metuunt imitari, quod significatur per co-
lorem rubeum. hinc in Canticis canticorum ecclesia dicit:
Nolite me considerare quod fusca sum, quia decolor-
rauit me sol. Vnde Paulus Apostolus ait: Esti exterior Cant. i.
homo nostre corrupitur, tamen interior renouatur de
die in diem. [sexus sardius.] Sardius lapis terræ rubre
speciei habet, ideoque significat sanctos, qui licet ad sub-
limia intelligenda & conuenda ducantur, tamen suam
semper student recognoscere fragilitatem, recordātes se
esse filios. Adæ, qui terra rubra interpretatur. Reducit
semper ad memoriam qui sint, & vnde venerint. Felicit-
et ex radice fragilis & peccatoris hominis, ne videlicet
ex accepto cœlestis gratie dono extollantur. Hinc Eze-
chiel saepe cōtuens cœlestia mysteria, filius hominis vo-
catur, & Abrahā. Loquar ad dñm meum cum sim pul-
uis & cinis. & Psalmista: Memento domine quia pul-
uis sumus, homo sicut scœnum dies eius. Bone autem iste
lapis sexto loco subrogatur, qui terræ rubræ speciem te-
nere videtur. quia & primus homo sexto die conditus
inuenitur, cui dictum est: Terra es & in terrā ibis. [ste-
primus chrysolithus.] Chrysolithus quasi aureum ful-
ger. & videtur emittere ex fe quasdam ardentes scintil-
las. Cuius specie significatur hi, qui luce supernæ sapi-
entiæ resplendent, suas virtutes atq; sententias cum ver-
bo exhortationis velut scintillas in, p̄ximos effundūt,
quibus ad amorem dei & proximi alios accendunt,
8 iij

Canti. i.

Psal. 102;

Yor. 8. i.
20

HAYMO IN APOCALY.

[ſoſtatus beryllus.] Beryllus duos colores habet, viridē & pallentem. Per quem vita illorū deſignatur, qui eter-
 norum contemplationi honorum inhærent, & iterū cu-
 ra fraternæ adminiſtrationis, quaſi ad pallorem redeat
 ſolum exteriora per actiuam vitam fratribus miniſtrare
 ſtudent, & qui paulo ante fuerant virides in dei conſe-
 platione, pallent ſteru n in temporalium rerum per
 humanitatis officium adminiſtratione. [vniuersus topa-
 zius.] Topazius lapis, omnium lapidum colores in ſe ha-
 bet. vnde & nomē accepit, quia pan græce latine omne
 dicitur. Quo nihil carius reges in theſauris ſuis habere
 poſſunt. & naſcitur in inſula Ægypti, quæ dicitur Topazio.
 Significat ſanctos omnibus virtutibus reſertos, & quaſi
 multis coloribus, ſic multis virtutibus lucētes. [decimus
 chryſopraſus.] Chryſopraſus aurei coloris eſt & viridis,
 quod ipſo nomine manifeſtatur, parum diſtans a be-
 ryllo Significat autē electos ſapientia reſplendentes, &
 viriditate ſide ſemper ad celeſtia tendentes. [vniuersus
 hyacinthus.] Hyacinthus ſimilis eſt aquæ radio
 ſolis perſuſe. Et in hoc ſignificat electos ſapientia reple-
 tos, non tamen humana, qua ſunt filij ſeculi prudentio-
 res ſibi lucis, ſed diuina, quæ ſignificatur per radios ſo-
 lis, aquæ inmiſſos. [duodecimus amethystus.] Amethy-
 ſtus tribus coloribus principibus reſpergitur, id eſt, pureo,
 violaceo, & roſeo. Et in hoc ſignificantur ſancti,
 qui celeſtem habitum gerūt in terris, & ad præmium
 & ad coeuitatem angelorū venturi ſunt in celis. Vn-
 de dominus dicit, Et erunt ſicut angeli in celo, quod de
 Mat. 22. ſignatur per purpurā quæ principū eſt indumentum. In
 viola autem quæ humilis eſt herba, & tamen odorem
 optimū habet, humilitas illorū exprimitur, cū hono-
 ris odore. In roſaceo autem colore charitas intelligi-
 tur, quæ intantum in illis viget, vt etiā vſq; ad paſſionē
 martyrij non ſolū pro amicis, ſed pro ipſis quoq; proſi-
 liant inimicis. Vnde dominus dicit: Maiorem hac dile-
 ctionem nemo habet, quā vt animā ſuā ponat quis pro
 amicis ſuis. [Et duodecim portæ duodecim margaritæ
 ſunt per ſingulas.] Quantum autem ad literā pertinet
 hoc dicit, quod illa ciuitas habet duodecim portas, & ſin-

LIBER VII.

gulæ portæ erāt ex ſingulis margaritis, id eſt, vnaque-
 que porta erat ex vna gemma, & iterū in, vnaquaque
 porta erant duodecim margaritæ, quæ ſunt centum qua-
 dragintaquatuor. Vna porta, vel margarita ſingulari-
 ter dominus intelligitur Ieſus Chriſtus qui ſicut dicitur
 fundamentum fundamētorum, ſic etiā poteſt dici mar-
 garita margaritarū. Iſtud eſt margaritarum, quod nego-
 tiator veditis omnibus emit. In duodecim autem portis
 intelliguntur ſancti apoſtoli & cæteri prædicatores, qui
 nobis ianuam eccleſiæ aperiant, vnde Pſalmiſta, Ape-
 rite mihi portas iuſtitiæ, Statimq; vnā portam ane-
 cit, quæ ſingulariter domini ſignificat, ſicut dictū eſt,
 ſine quo nemo venit ad patrē, dicens: Hæc porta domi-
 ni, iuſti intrabūt in eam. Superius legimus, quod mēſus
 eſt angelus quous ciuitatis cētum quadragintaquatuor
 cubitorum. Qui numerus etiam hic replicatur, cum duo
 decim margaritæ per ſingulas duodecim portas deſeri-
 buntur, quia duodenarius numerus duodecies ductus,
 centeſimus ac quadrageſimus quartum numerū con-
 ſummar, in quo omnis multitudo ſanctorū cōcluditur,
 [& platea ciuitatis aurum mundum tanquā vitrū per-
 lucidum.] Superius dictum eſt quod ipſa ciuitas fuerit
 ex auro mundo tanquam vitrum perlucidum, & hic
 platea ciuitatis iſdem metallis fertur. Per muros qui
 pe ciuitatis, robuſtiores & eminentiores ſeculi intelli-
 guntur. Per plateam vero quæ a latitudine ita vocatur
 quia græce platon, latine latum dicitur, ſimplices intels-
 liguntur, ipſiſque ſubiecti in latitudine charitatis mo-
 rantes. Dicitur autem platea ciuitatis ex auro mūdo, ſi-
 cut & muri fuiſſe feruntur, quia licet ſit ibi diſtātia me-
 ritorum, quia ſicut in hac vita inuenitur alius alio ſan-
 ctior, ſic in illa beſtitudine alius inuenitur alio eminen-
 tior, tamen vnusquique quod non habebit in ſe poſſi-
 debit in altero percharitatis amorem. Hinc per beatū
 Ioh dicitur. Paruus & magnus ibi ſunt, & Apoſtolus,
 Stella a ſtella diſſert in claritate, ſic & reſurrectio mor-
 tuorum. Nam per aurum claritas deſignatur eternę re-
 tributionis, per vitrum vero puritas cordis illorum ex-
 primitur, quæ tunc ſingulari iuicem manifeſtabitur.

1. Cor. 13.

Iisdē itaque metallis adornatur platea, quibus & murī quia non licet tātam habeant gloriam subiecti, quātam praelati & doctores ecclesie: tamen (vt dictū est) quod in se quisq; non habebit, possidebit in altero per charitatis ardorem, quando sicut Apostolus dicit, erit illis deus omnia in omnibus. Vnde sequitur: [Et templum nō videtur in ea. Dominus enim deus omnipotens templum illius est & agnus.] Præfens ecclesia tem. plū dei est, iuxta quod Apostolus dicit: Templum enim dei sanctum est quod estis vos. Tamen habet etiam ipsa templū corporale, id est, locum orationis, quo continentur fideles ad audienda diuina eloquia, & celebranda Christi sacramēta. Illa autem cœlestis ciuitas Ierusalem, iam non habet templum visibile, quia dominus deus omnipotēs pater & agnus (id est, filius dei) templum eius est. Hinc Paulus dicit: Non enim in manufactis habitaculis Iesus introiuit, & alibi, Christus assistens pōtīfex futuro iam honorum, per amplius & perfectius tabernaculum nō manufactū, id est non huius creationis, in dicitur semel in sancta. Et hoc templum, id est, totam trinitatem, nūc ecclesia possidet per fidem, tunc vero possidebit per manifestam speciem, quando erit deus omnia in omnibus & in illo. Erit enim tunc templū ecclesie, pater cum filio & spiritu sancto, quia inhabitabit ille ecclesiam regendo, & ista inhabitabit illum in illo quiescendo. In qua scilicet mansione, id est, in diuina protectione tribus qualitibus vigebit, quia ibi habebit esse feliciter, & nosse sanctam trinitatem perfecte, & eam quam nouerit, diligere caste. In his autem tribus beatus iudinum qualitibus, omnis summa beatitudinis consistit. Et ciuitas nō eget sole neq; luna, vt luceant in ea. [Hæc Ierusalem que in præfenti agitur, in die fruatur lumine solis: nō tē vero lumine lunæ, illa autem cœlestis Ierusalem nihil horum indiget, quia verum habebit lumen, quod nō solum corpora, sed etiam mētes singulorum illuminabit: vnde sequitur: [Nam claritas dei illuminabit eā.] Ipse enim deus, qui nunc illuminat mentes fidelium per fidē ipse iam tunc multo magis illuminabit, cum eum videre meruerit facie ad facie. Hinc ipse dicit: Beati mun-

do corde, quoniam ipsi deum videbunt. [& lucerna eius agnus.] Lucerna ad ignem pertinet. Nam præfens ecclesia eget lucerna, hoc est, igne corporali illuminari. Illa autem iam non indiget hac frui lucerna, quia lumē eius est agnus, id est, visio Christi cum patre & spiritu sancto, de ipso enim filio in libro Sapientie dicitur, Candor enim est lucis æternæ. Quæ lux vtriq; in præfenti videri nequit. Vnde dominus ad Moysen dicit: Non enim videbit me homo & viuēs. [Et ambulabunt gentes per lumen eius.] Lumen ecclesie Christus est. Vnde per Isaiam dicitur, Surge, illuminare Ierusalem, quia venit lumen tuum. Hæc autem verba nō ad futurū temporis remuneratiōnem sed ad præfentis laborem referenda est satis elucet. Neque enim iam tūc sancti in ambulando laborabunt, sed post laborē beate viuētes quiescent. Nunc itaque ambulat per lumen eius, hoc est, per Christi fidem, ceteræque virtutes, vt postea peruenientes ad patriam cœlestem, quiescant in ipso lumine. hoc est, in ipsius dei contemplatione. [& reges terræ afferēt gloriam suam & honorem in illam.] Reges terræ intelligunt omnes iusti, qui bene se cum subiectis regere satagunt, de quibus dictum est: Cor regis in manu dei, quocunq; uoluerit, vertet illud. Isti itaque reges, hoc est, omnes iusti, suam gloriam & honorem, quod ipsum est, referent ad illam cœlestem Ierusalem, quia omnem suam remunerationem & prosperitatem, atque omne suum gaudium & exultationem ibi recipient: & quo amplius in præfenti vita affliguntur & despiciuntur, quo amplius ibi exaltabuntur. Quo contra reprobi, qui in præfenti suam gloriam & honorem possident, & in prosperis huius seculi se extendunt, ibi vacui remanebunt vnde dominus dicit: Væ vobis diuitibus, qui hic habetis consolationem vestram. Quia enim sancti in præfenti vitæ gloria huius seculi, que reproborū est, non amant, idcirco suam ad æternam felicitatē gloriā deserunt, quibus ibi exaltati remunerabuntur, cum & vni illorum dixerit dñs, Tu esto supra decē ciuitates, alteri autē, Tu esto supra quinquā, sicut in euāgelio ipse manifestat. Aliter: Reges terræ intelliguntur apostoli ceteriq; prædicatores,

Illa. 60.

qui ppter regimen animarū quas regunt, iure reges vo-
cant. Isti afferent gloriā & honorem in illā, hoc est, om-
nes quos Christo acquisierit sua prædicatione & doctri-
na. Vnde Paulus quibusdā dicit, Gloria nostra vos estis
in die dñi nostri Iesu Christi, recte enim gloria regū &
honor vocatur hi, pro quibus iidem reges coronātur.
[& portæ eius non claudentur per diem] Magna secu-
ritas erit in Ierusalem cœlesti, vbi nullæ iam erunt insi-
diæ inimici, & idcirco portæ eius non claudentur, quia
videlicet dies erit ibi perpetua, cui nox nō succedet. Vn-
de sequitur, nox nō erit illuc.] Sed videmus quomo-
do in præsentī vita claudūtur portæ, quæ vtriq; prædi-
catores intelligunt per quorū ministerium ecclesiā in-
tramus. Portæ enim ciuitatis dum clauduntur, ingrediē-
tibus aditum nō permittunt. Itaq; quasi claudūtur por-
tæ, dum sancti prædicatorēs diabolum repellunt a cor-
dibus fidelīū, ipsiq; aditum ingrediendi denegāt, dum
fideles instruunt, quomodo eius tentationibus resistant.
Hinc Petrus dicit, Aduersarius vester tanquam leo ra-
giens circumit, querens quem deuoret, cui resistite for-
tes in fide. Ideo autem ibi dicit, Portæ eius non claudē-
tur, quia sublato noctis timore, perpetua dies electis sul-
gebūt. Nō iam dicit ibi, Vigilate & orate, quod ad no-
ctem aduersitatis pertinet. sed Vacate & videte quon-
iam ego sum deus, quod ad diem redigitur securitatem.
[Et afferent gloriā & honorem gentium in illam.]
Haud dubium, ipsi qui superius appellant reges terræ,
id est sancti prædicatorēs, qui gloriā & honorem gen-
tium in illam ciuitatem afferent, quando aggregata tur-
ba fidelium, ipsos quos prædicando adduxerunt ad fi-
dem, secum ad patriam cœlestem introducent. Magna
enim gloria, magnusq; honor gentiū in illam ciuitatē
asseretur, quia maxima ex parte ex ipsis gentibus deco-
rabitur. [Nec intrabit in illam aliquid conquinatū &
faciens abominationem.] In hanc ciuitatem conquina-
tū id est vitios maculati, & facientes abominationem, id
est, peccatum, simul intrāt cum bonis, quia sicut hæc vi-
ta media inter cœlum & terrā consistit, ita vtriusque
partis ciues in se cōiunct. In illā autem, vbi soli erūt bo-

ni, non intrabit conquinatū, & faciens abominationē,
id est peccatum, quia nulli erit ibi permixtio malorū,
sed sola societas bonorū. Solum enim boni regnabunt cum
Christo, cum quo & in quo in eadem Ierusalem cœlesti
felicitate permanebunt. [& mendacium] subaudi, non
intrabit in eam, id est, quilibet iam mendaciū noxā per-
petrans. Omne enim mendacium, sicut supradictū est,
non caret peccato. [nisi qui scripti sunt in libro vitæ a-
gni,] id est, hi soli ingredientur cœlestem Ierusalem, qui
in dei præsentia ad hoc ante omnia secula sunt præ-
sciti & prædestinati. Liberque vitæ agni, vni intel-
ligitur omnipotentis dei, sicut supradictum est, quia o-
mnia scit antequam fiant.

CAPVT XXII



T ostendit mihi flumen aquæ viue, splē-
didum tanquam crystallinum, procedens
de sede dei & agni. [Flumen aquę viue
intelligitur doctrina veteris & noui tes-
tamenti. Quod enim aqua prædicatio-
nem sanctam significat, Salomon docet
qui dicit, Aqua profunda, verba ex ore viri & torres re-
dundans, fons sapientiæ. Et dñs dicit in euangelio: Qui
credit in me, sicut dicit serpens aqua flumina de ventre eius Iohan. 7.
fluunt aquę viue, sed cura vna sit doctrina veteris &
nouī testamenti, pluraliter enūciatur, quia scilicet & vni-
tatem fidei annuntiat, & tamē ad multos auditores per-
uenit, & per multorum ora diffunditur. Bene autē flu-
men aquę viue vocatur, quia quos irrigat, viuificat, &
& ad vitā æternam inuitat. Recte ergo crystallus splen-
denti cōparatur propter puritatem fidei, quæ in baptis-
mo percipitur. Quos enim viuificando viuificat, ad
quam baptismatis pducit, eosq; & puritate fidei splē-
didos, & per robore fortissimos reddit. Sedes autem dei &
patris & agni i. s. s. j. dei, ex qua ipsa pcedit, ecclesia est
fidelium, quibus Paulus dicit, Templum enim dei sanctum
est, quod estis vos, quia in illorum cordibus. Chri-
stus sedes cum patre & spiritu sancto. Quorum, quia
inseparabilis est potestas, inseparabilis est etiam sedes.
Ab ipsa ergo dei sede procedit aqua, quia p ipsam e-

clesiam diffunditur prædicatio. [In medio plateæ ei?]
 Id est. in medio ipsius ecclesiæ. Nec solum ipsa doctrina
 robustos quosque irrigat. sed etiã simplices. qui per pla-
 team designantur. [& ex vtraque parte fluminis lignũ
 vitæ. afferens fructus per menses duodecim.] Hoc iux-
 ta literam non potest intelligi. vt videlicet lignum ex
 vtraque parte fluminis sit. nisi forte in medio fuerit
 collocatus. vt rami illius hinc & inde sint expansi.
 Verum spiritualiter hoc intelligendum est. quod scilicet
 lignum ex vtraque parte fluminis sit. Lignum quip-
 pe vitæ Christus est. sapientia dei patris. de qua Salo-
 mon dicit. Lignum vitæ est his qui apprehenderit eã.
 & qui tenuerit eam. beatus. Hinc & in libro Geneſeos
 legimus. quod fuerit lignum vite in medio paradisi.
 si quod scilicet lignum dominum Iesum Christum si-
 gnificat. qui vitam æternam præstat se digne comē-
 dentibus. Lignum itaque ex vtraque parte fluminis
 est. quia vetus & nouum testamentum Christum an-
 nuntiat: & quod in veteri prænuntiat futurum. hoc
 in nouo manifestatur impletum. Per menses autẽ duo-
 decim. in quibus ipse Christus qui est lignum vite. suos
 affert fructus. duodecim apostoli intelliguntur. Dicit
 enim ipse de se & de ipsis apostolis in euangelio. Non-
 ne duodecim sunt horæ diei? seipsum appellans diem
 horas autem duodecim apostolos. Et quia. ex horis dies
 & ex diebus menses efficiuntur. quod significatur sim-
 pliciter per duodecim horas. hoc & per duodecim me-
 ses. id est. ipsi duodecim apostoli. per quos Christus fru-
 ctum suum affert hoc est. miracula prædicationem. at-
 que opera cœlestia. Hinc in euangelio legitur. quia præ-
 secti prædicauerunt vbique domino cooperante. Hinc
 & Paulus dicit. An experimen-um queritis eius. qui
 in me loquitur Christus? singulari.] subauditur ligna.
 [reddentia fructum suum.] Quod intelligitur per men-
 ses. hoc intelligitur & per ligna. quæ ab ipso stipite pro-
 deunt. duodecim videlicet apostoli. & in ipsis oēs san-
 cti qui fructum fidei suæ atque operat-omis reddere af-
 fidue non cessant. [Et folia ligni ad sanitatem gentiũ.]
 Si per ramos stipitis intelliguntur apostoli. per folia li-

gni intelliguntur apostolorum discipuli. qui ad sanita-
 tem gentium perueniunt. quas suo exemplo & doctri-
 na intruunt. & ad veram sanitatem mentis perducunt.
 Si autem hæc ad cœlestem Ierusalem referre volueri-
 mus. flumen aquæ vitæ intelligamus contemplationẽ
 sanctæ trinitatis. in qua est satietas æternæ refectio-
 nis. iuxta illud psalmistæ. satior dũ manifestabitur glo-
 ria tua. Nã & supra. dicitur ipso domino. legimus. Ego
 sitientĩ dabo de torrente aquæ vitæ gratis. Hinc Psalmis-
 ta ipsum esse fontem ostendens. dicit. Filij hominum
 in protectione alarum tuarum sperabunt. Inebriabun-
 tur ab uberitate domus tuæ. & torrente voluptatis tuæ
 potabis eos. in hoc vero fonte est vita perpetua. quia qui
 cūque ad deo contemplationem peruenire poterit. habes
 vitam æternam. id est. deum. ipse quoque viuet in eter-
 num. Quod videlicet flumen. splendendum tanquam cry-
 stallum dicitur. quia videlicet sua contemplatione per-
 ducet ad firmitatem immortalitatis atque incommuta-
 bilitatis. Quod etiam flumen bene a sede procedere
 dicitur. & in plateam ciuitatis deriuari. Quod enim est
 sedes. hoc est platea ciuitatis. id est. omnis ecclesia gene-
 raliter. sed ppter diuersorum personas ita distinguitur.
 Quia enim quos possidendo regit. uberitate suæ visio-
 nis satiat. bene in sede tanquam fons redidat. vt vnus
 quisque habitator pro viribus inde hauriat. pro meritis
 accipiat. quia licet eadem visio simul habeatur ab om-
 nibus tamen pro singulorum meritis vniciueque distri-
 buitur. Et ex vtraque parte fluminis lignũ vitæ. Quod
 superius designatur per fontem aquæ vitæ. hoc nunc
 etiam designatur per lignum ex vtraque parte flumi-
 nis positum. id est. contemplatio sanctæ trinitatis. quæ
 angelicam simul & humanam naturã hinc inde satiat.
 in ipsa visionis portio ita est multimoda. vt quicquid
 cuiquam in desiderio tunc venerit. hæc eadem visio fiat
 quando (sicut Apostolus dicit) erit deus omnia in om-
 nibus. Sed nec in ram. cum & ipsum manna filijs israel
 de cœlo attributum. per quod æterna satietas figuratur
 hoc secundum scripturę sententiam vniciueque sapuerit
 in ore. quo fuisse delectatus. Per menses. quibus ipsum

Prouer. 3.

Psalm. 15

Signum fructus afferet. æternitas intelligitur: Per annos
 vt Annus tui non deficient: Per menses vero, vt est illud
 Isaie, Et erit mensis ex mēse: Per diem, vt est illud, [Me-
 lior est dies vna in atrijs tuis super millia, & iterum,
 Ordinatione tua perseuerant dies.] Lignum ergo vitæ
 per duodecim menses fructus reddit, quia ipsa merces
 beatæ immortalitatis, quæ per fructus designatur, qua-
 que cuncti perfruuntur, nullum terminum habet, sed si-
 ne fine manet. Singula ligna reddentia fructum suum.
 In hoc fructum suum reddent, quoniam mercedem ope-
 rum suorum percipient. Et folia ligni ad siccitatem gē-
 tium. Folia ligni, laudes intelliguntur sanctorum, de qui-
 bus Psalmista, Beati qui habitant in domo tua. Quæ
 laudes ad famitatem gentium proficiunt, cum corū cor-
 da perpetua creatoris laus replens, nullam in eis fatiga-
 tionem, nullam lassitudinem, nullam tristitiam finit in
 esse. [Et omne maledictum non erit in ea amplius.] In
 præsentia ecclesia maledictum est. i. genus hominum, qui
 in Cain maledictione perreperunt. In illa societate san-
 ctorum, nullum erit maledictum, sed omnis ecclesia ele-
 ctorum benedicetur in suis habitatoribus, cum audierint,
 Venite benedicti patris mei &c. [sed sedes dei & agni
 in illa erunt.] Superius vnam sedem posuerat, de qua &
 dixerat se vidisse emanare flumen aquæ: vixit nunc, au-
 tē pluraliter sedes introducit, dicens Sedes dei in illa erūt
 Sed & hoc significant plures sedes, quod vna. i. oēm ele-
 ctorum ecclesia, quæ. s. propter vnitatē fides in vna se-
 de propter diuersitatē gētium in pluribus exprimitur.
 Vnde & superius vngitiquator sedes visæ esse referū-
 tur. [& serui eius seruiunt illi.] Cum dñs discipulis di-
 cat, iam nō dicam vos seruos, sed amicos meos, quōd hic
 scriptura iam immortales effectos, vocat seruos? Aut si
 iam seruitute corruptionis liberati, ad libertatē & glo-
 riam filiorum dei tunc perueniēt, quō in illa quiete æter-
 na seruire narrantur? Sed, sciendum est nobis, quia in eo
 quod iam nullo certamine defudabant, sed æterna quiete
 refovebantur, liberi erūt, ac nulla seruitute obnoxij. Nā
 & nūc nō sunt serui timoris, sed amoris. duę enim sunt
 seruitutes, quia aliter timet se, vixit ac verberetur a dño,

Psalm. 83

Matt. 25

aliter autem filius ne priuaret hereditate paterna offen-
 dens in aliquo pñi patris oculos. Ille enim seruit timore,
 iste autem amore. Hac seruitute seruiunt electi hic om-
 nipotenti deo, præcauentes omnino, ne eum in aliquo of-
 fendant peccato. Ibi autem seruiunt illi, laudando &
 glorificando illum, iuxta illud, Beati qui habitant in
 domo tua. [Et videbūt faciē eius.] Id est, perfectam cog-
 nitionem eius habebunt, Neque enim pueriliter hoc
 intelligendū est, vt putemus deum habere faciē, quæ
 corporeis oculis possit videri, sed quia in faciē hominis
 cognitio est, ideo hic per faciē quæ electi vident dicunt,
 nihil aliud quā cognitio sanctæ trinitatis intelligitur.
 Hinc scriptum est, Scimus quia cum apparuerit, similes
 ei erimus, quā videbimus eū sicuti est. Talem enim vi-
 debunt sancti deum, qualē nunc angeli vident, de qui-
 bus dñs dicit: Angeli eorum semper vident faciē patris
 mei qui in cælis est. De hac autem visione quō. s. sit in-
 telligēda, satis supradictum est. Et beatus Ansbertus
 Ambrosius dicta aliorum doctorū sequēs, plura inquit
 loquitur, patefacientes oculos mentis, dei naturam esse
 contēplandam, sicut & charitas videtur. Si enim exte-
 rior homo nosse videre neque interiorē, quantum magis
 deum conspiciere nequit, qui vtique multo est subtilior
 aīa nostra? Videbunt illum itaque mente. i. perfectam
 eius (vt dictum est) habebunt cognitionem, vt implea-
 tur quod dñs dicit: Beati mundo corde, quā ipsi deū vi-
 debunt. Cætera ex illius inuestigētur contrāctione. [&
 nomen eius scriptū in frontibus eorum.] Per frontē (si-
 cut superius dictū est) exprimitur fides. Sed cū ibi iam
 non sit fides aut spes, quid sibi vult, quod electi nomen
 dei in frontibus habere perhibēt? Sed sciēdum, quia fi-
 des hic pro remuneratione fidei posita est, quæ remune-
 ratio contēplatio dei omnipotētis erit. Cum enim acce-
 perit ecclesia, quod per fidē credidit, rectē ipsam fidei
 præmiā pro titulo glorię in suis frōtibus gestare vide-
 bitur. [& nox vltra non erit.] i. vicissitudo tēporis, vel
 etiā tribulatio angustiarū, quę sępe pñ noctē figurat. [Hęc
 nāq; supra iā dixerat, sed in repetitiōe verbi demonstrat

Matt. 18.

quā appetendū sit lumen illud, quod totiens loquēdo in-
culcat. [& nō egebit lumine lucernę neq; lumine solis]
Nunc humana infirmitas ad exercēda diurna opera, no-
ctis quiete reddi idonea, vritur et ā in nocte uicerna p-
consolatione: tunc autem quando erit deus omnia in o-
mnibus, qui est lux vera omnes illuminans, nō egebit
lumine lucernę vel lumine solis. Vnde sequitur. [Quo-
nam dominus deus illuminabit illos] Si vero noctem
intelligamus ignorantiam, lucernam vero vel solē, diui-
ni veri prädicationem, neq; nox erit tunc ignorantię,
neq; prädicatorē doctrinę: quia sicut Isaias dicit, Non
docebit vir proximum suum, dicens: Cognosce dominū
quia omnes scient me a maiore vsq; ad minorem sed o-
mnes æternę sapientię inherentes, perfectā scientia sus-
cebunt [& regnabunt] cum capite suo [in secula secula]
Et dixit mihi [Hęc uerba] quę scilicet ab initio li-
bri dicta vel ostēsa tibi sūt. [fidelissima sunt] quia que
quid tibi dictū est, veraciter implebitur. [& uera sūt]
quia a deo uero sunt prolata. Quod autem dicitur Iohā-
ni, pertinet etiam ad vniuersalem ecclesiā, cui per in-
ternam inspirationem ipsa uerborū ueritas reuelatur:
& ideo nullus intantum debet insipiens fieri, ut aliquo
modo dubitet de his, quę sub tanta contestatione pronū-
tiantur esse uerissima. [Et dominus deus spiritus pro-
phetarum misit angelum suum ostendere angelus suis], i.
ipse qui loquutus est prophetis, ipse misit angelum suū
ostendere Iohanni, & in illo omni ecclesię, quę oportet
fieri cito [Nominē spiritus tota trinitas intelligitur, quę
ipsum angelum misit, qui natura quidem angelus fuit,
sed incarnati uerbi solius personam gessit. vnde & ali-
quando ex persona Christi loquitur, dicens: Ego sū pri-
mus, ego nouissimus &c. Aliquando suam attendēs na-
turam, Iohannem ne se debeat adorare prohibet. Notan-
dum autem q; in initio istius libri dixit & significauit,
mittens, per angelum suum seruo suo Iohanni. Hęc u-
ero non uo singulariter, sed seruis pluraliter dicit ostē-
denda quę oportet fieri cito, in quibus uerbis ostendit,
ut quę non vni specialiter Iohanni, sed omnium in se

Ierem. 31

utilitati in Iohanne generaliter prospexisse: quia quod
Iohāni dicitur, oībus ecclesię fidelibus congruit. Quę
sunt autē quę oportet fieri cito: utiq; remuneratio san-
ctorū, & damnatio reprobōrum. Vnde & sequitur.
[Ecce uenio uelociter] ad reddendum, s. u. uicūq; iuxta
meritum suum. Licet enim quantūcūq; spatium hęc
præsens uita uideatur, tamen omne tempus præsens
uitę comparatum æternitati, ueluti momentanēū ha-
betur, atque idcirco uelociter se uenire protestatur, ut ci-
to impleantur quę oportet fieri. [Beatus], id est, foelix,
[qui callosit uerba prophetię libri huius] seruās quę
in eo scripta sunt, ut dignus habeatur remuneratiōe per
petua. [Et ego Iohannes] subaudiatur, beatus sum. [qui
audiui & uidi hæc, Et postquam audiissem & uisidem
cecidī ante pedes angelī ut adorarem eum, qui mihi hæc
ostēdebat. Et dicit mihi: Vnde ne feceris. Conseruus tuus
sum & fratrum tuorum prophetarum, & eorum qui
seruant uerba prophetię libri huius.] Hoc loco, sicut &
superius, Iohannes & angelus proprias personas reser-
uunt. Ne enim quisquam de conscriptione libri huius
dubitaret, suam autoritatem Iohannes interponit, dicens:
Ego Iohannes qui audiui & uidi hæc. Ipse quoq; ange-
lus resumit suam personam, prohibetq; Iohannem ne se
adorare debeat, dicens: Vnde ne feceris: Conseruus tuus
sum & fratrum tuorum. Ex quibus uerbis satis supra-
dictū est, quod uidelicet ipse angelus æthericum corpus
susceperit, atq; ideo pedes habere dicitur. & quod timue-
rit post aduentum filij dei adorari ab hoīe, qui super se
sciebat iam esse hominem, cum nihil tale legimus in ue-
teri testamento, ubi frequēter quidem legimus angelos
ab hoībus adoratos, nec prohibitos. Sed mirū ualde est,
cur Iohānes contra inuēditum angelī secūdo uō adō-
rare uoluerit. Iā enim similitudo se adorare ueruerat
vniūq; dei adorandū esse docuerat. Ad quod dicitū,
quia aut magno uisionū stupore percussus, oblitus fue-
rat eorū, quę supra audierat, aut certe potest esse repēti-
tio prioris sententię. [Deum adora.] Id est, non creatu-
ra, sed creatori honoris reuerentiam offer. Nota uero, q;
sape angelus Iohāni futura prädixit, & multa etiā in

hoc libro reperitur prophetarum verba similia. Nam & integri versus Iſaie & Zacharie aliorumq; prophetarum ibi reperuntur. Vnde est. Videbunt in quē trās fixerunt. [Et dixit mihi, Ne signaueris verba prophetie huius.] Quare hic dixit, Ne signaueris. ne sigilla ueris, ne clauſeris verba libri huius, cū in media huius orationis serie dictum sit Iohanni, Signa quę locuta sunt septem tonitrua, & noli ea scribere? Quia uidelicet magis & contemptoribus signanda & claudenda atque abscondenda sunt diuina mysteria. Vnde est, Nolite sanctū dare canibus, & Ne miseritis margaritas uestras ante porcos. Fidelibus autem manifestāda sunt diuina eloquia. Vnde dominus dicit, Vobis datum est nosse mysterium regni dei, cæteris autem in parabolis. Dicitur itaque propter infideles, Signa quę locuta sunt septem tonitrua, & noli ea scribere: propter fideles autem, Scribe, quę uides, & Ne signaueris verba prophetie libri huius. Vel certe, quod in principio huius reuelationis dicitur Iohanni, Scribe quę uides, quę uisurus es, in medio uero, Signa quę locuta sunt septem tonitrua, atque in fine, Ne signaueris verba prophetie huius, potest ita intelligi, quod spiritus sanctus pręuidit, primo tempore quosdam in ecclesia futuros, qui cum gaudio & auditate recepturi erant dñi sermonem; Deinde etiam quosdam futuros, in quibus abundat iniquitas, & refrigescit charitas, quin potius uerbum dei contemnunt, quam suscipiunt: extremo uero appropinquante iudicio, eorū uerum non solum gentiles sed etiam Iudæi qui cum maxima auditate uerbum dei suscepturi sunt, prædicaturi sunt Elia & Enoch, cæterisque prædicatoribus. Quia ergo in primo & ultimo tempore fideles fuerunt, siue fuerint, uerbum dei cum gaudio suscipientes, bene initio huius libri dicitur, Scribe quę uides, & in fine, Ne signaueris verba prophetie huius, At quia in medio multi sunt contemptores uerbi dei, congrue quoque & hic in medio dicitur, Signa quę locuta sunt septē tonitrua, & noli ea scribere. [Tempus enim prope est.] Hoc ad illud pertinet, quod præmisit, Ne signaueris verba prophetie huius, quo hæc impleri debeant a tempore scilicet

et resurrectionis Christi usque ad diem iudicij, quando singulis iuxta opera sua retribuetur. De hoc breuissimotempore idem Iohannes in epistola sua dicit: Filioi, nouissima hora est. [Qui nocet, noceat adhuc: & qui in sordibus uidet, sordescat adhuc.] Permissus uero modus est, non optatius, neque imperatius, sæpe enim deus omnipotens permittit hominem propter peccata præterita a ruere ad grauiora, unde per Psalmistam dicitur. Nō audiuit populus meum uocem meam, & Israel non intendit mihi, & c. usque, Ibi sunt in adiuentioibus suis. In qua sententia aperte ostenditur, præcessisse culpam inobedientie, per quam a deo permissi sunt ire in uoluntatibus suis. Hinc Paulus de quibusdam dicit, Qui cum cognouissent deum, non ut deum glorificauerunt, aut gratias egerunt. Propter quod tradidit illos deus in reprobum sensum, ut faciant quę non conueniunt. Dicitur itaque, Qui nocet, sibi ipsi subauditur, id est, qui non uult uerba dei audire, noceat adhuc, i. permaneat impunitus, & peccatis præteritis coniungatur. Et qui in sordibus uictorum uersatur, sordescat adhuc, id est, ad ad deteriora labatur. Dum enim quia tempus poenitentie accipit, & impenitentes permanent, ipsi sumque peccata uerum conuertit, ipse remedium gratiæ conuertit in augmentum culpæ. Et quia non uult deserere malum ut uiuat, augeat uide moriatur, de quibus Paulus dicit: Ut impleant peccata sua semper. [Et iustus] per fidem iustificatur adhuc] per operationem. [et sanctus sanctificatur adhuc] iuxta illud, Ibi sunt sancti de uirtute in uirtutem. electi enim semper sunt in profectu uirtutum, quia quotidie inchoant, & per momenta temporum uirtutibus uirtutes addunt. [Ecce uenio cito] ad iudicandum scilicet] & merces mea mecum est, reddere unicuique secundum opera sua.] Hæc locutio & electos ad meliora proficere, & reprobos hortatur a malis recedere, ne pereant sine excusatione. Quia uerba expositione, non indigent, quia ipsa se explanant. [Ego sum alpha & ω, primus & nouissimus, principium & finis.] Primus, ante quem nullus: & nouissimus, post quem nullus. Principium, a quo omnis creatura sumpsit initium.

& finis, quia in eo oē redigitur. Alpha p̄tinet ad v̄bi
 dignitatem, & ad susceptā in fine temporū hūanitatē.
 Ipse est ergo alpha, i. principium manens cū patre. Ipse
 & ω, id est finis, natus tēporaliter ex matre. Vnde Pau-
 lus, Christus finis legis ad iusticiam omni credenti. Prin-
 cipiū quoq; non ad ipsum est referendum, quod scilicet
 ipse secundū quod h̄retici voluerunt, ex tēpore cōcep-
 rit, sed ad ordinē creaturāū pertinet, quae ex illo sum-
 perunt initium. De alpha Iohannes dicit, In principio
 erat verbum. & Omnia per ipsum facta sunt. De ω ve-
 ro, qui est finis elementorū apud Græcos, sicut & alpha
 principii, Verbum caro factum est, & habitauit in no-
 bis, in his totius salutis Christianæ summa consistit, vt
 scilicet in vno eodēq; Christo & perfecta deitas, & ve-
 ra credatur humanitas. Beati qui lauare stolas suas. Id
 est, corpora sua & vitam fonte baptisimatū & lachry-
 mis p̄nitentiæ atq; custodia mandatorum dei. [vt sit
 potestas eorum in ligno vitæ.] id est, in dño Iesu Chri-
 sto. Quæ habentes, vtique in capite suo omnia posside-
 bunt. Vnde superius cū p̄mississet: Et ego stienti da-
 bo aquam vitæ gratis, lico adiunxit: Qui vicerit, pos-
 sidebit hæc. [& portis.] id est, portis, per apostolos vt
 delict, cæterosq; doctores. [intrent ciuitatē.] hoc est, in
 cœlestem Ierusalē, per quorum enim ministerium nunc
 intramus ecclesiā, per ipsorum ora & solutionem ingre-
 diemur regnum cœlorū, de his portis P̄salmista dicit,
 A p̄rite mihi portas iustitiæ. Statimq; vnā principālē
 portam, ad quā etiā istæ pertinet manifestat, sub dō-
 do: Hæc porta dñi, iusti intrabūt per eam. Hæc em̄ por-
 ta Christi significat, qui dicit: E possum ostiū, dicit dñs:
 per me si quis introierit, saluabit̄. Cum em̄ quilibet si-
 deliū per ora p̄dicatorū aditum intrant regni cœlorū,
 nimirū per illū iugred iūtū, qui per ora illorū loquitur.
 [Foris canes,] id est, Iudæi, h̄retici, cæteri q; increduli,
 qui cōtra ecclesiā latrāt. [& venefici,] id est, malefici si-
 ue magi. [& impudici,] id est, inuertēdū peccātes. [&
 homicidæ,] diuerso modo homines interficiētēs. [& ido-
 lis seruientes.] hoc est, simulacrā quædā pro deo colen-
 tes, sicut etiā plus terrena quā d̄cum diligētēs [& omni-

ter vnum sumus. Photinus quoq; dixit: Ego principii
 tribuo Iesu ex Maria. [Et si quis diminuerit de verbis
 huius libri p̄phetiæ] v l sensum, vel etiam verba cōtra
 suam cōsentiant, sicut Arrius fecit ex euāgelio, vt p̄g-
 dictum est [auferat deus partem eius de libro vitæ.] i. i.
 in memoria p̄sentiæ dei non scribetur. [& de ciui-
 tate sancta] i. de cœlesti Ierusalem & societate sancto-
 rum angelorū & hoim. [& de his] p̄missis [quæ scri-
 pta sunt in libro isto.] Tamen hoc sciendū est, quia hoc
 nō propter eos dicitur, qui simpliciter quod dicit̄ sen-
 tiunt, sed de his vtique, qui contra conscientiā suam ma-
 le de deo loquūtur. [Dicit qui testimoniū perhibet isto-
 rum.] subauditur verborū atq; idcirco manifestatur, q̄
 vera sint, quia dominus ipse Christus eis testimoniū
 perhibet. Vnde sequitur, [Etiam,] id est, sic fiat, vt com-
 pleantur omnia quæ superius dicta sunt. [Venio cito.]
 ad iudicandum. & reddendum vnicuique secundum
 opera sua [Amen.] id est, verum est, quia quæ p̄dicta
 sunt, proculdubio complebuntur. [Veni domine Iesu.]
 Hæc omnis ecclesia loquitur in Iohanne, optans vt ve-
 niat Christus ad iudiciū, vnde & quotidie in domini
 ca oratione postulat suppliciter, Adueniat regnum tuū,
 Et illud, Ostende nobis faciem tuam, & salui erimus.
 [Gratia domini nostri Iesu Christi cum omnibus vobis
 Amen.] In hoc loco Iohannes typum gerit p̄dicatorū,
 qui scientes hominem non posse iustificari per le-
 gem, sed per gratiam optat, vt eadem gratia semper cū
 ecclesia permaneat. Nota autem quod hic liber a gra-
 tia sumptit initium, & in gratia posuit terminum:
 quia videlicet & p̄aeniente dei gratia salua-
 mur, & subsequente iustificamur, vnde &
 Paulus huius locutionis more epistolæ
 suas ordinauit ecclesiis, vt a gra-
 tia inchoaret, & in gra-
 tia terminum
 poneret.

FINIS,

Suppado

anrop esteuan

Quediosguardemilanos
para propios paesba

pp no.

Manuel
de la fuente.
Anropadremmanuel





